



BIBLIOTECA VITT. EM. III NAPOLI
coll. 3 13
BIBLIOTECA PROVINCIALE
Armadio
Palchetto
Num° d' ordine





FONTES RERUM AUSTRIACARUM.

ŒSTERREICHISCHE GESCHICHTS-QUELLEN

HERAUSGEGEBEN

VON DER

HISTORISCHEN COMMISSION

DER

KAISERLICHEN AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN IN WIEN.

ZWEITE ABTHEILUNG.

DIPLOMATARIA ET ACTA.

VI. BAND.

SUMMA DE LITERIS MISSILIBUS PETRI DE HALLIS

UND

DAS STIFTUNGS-BUCH DES KLOSTERS ST. BERNHARD.

WIEN.

AUS DER K. K. HOF- UND STAATSDRUCKEREI.

1853.

I.

SUMMA DE LITERIS MISSILIBUS.

EIN FORMELBUCH AUS PETRI DE HALLIS

KAISERLICHEN NOTARS PROCESSUS JUDICIARIUS.

HERAUSGEGEBEN

VON

FRIEDRICH FIRNHABER,

ARCHIVAR DES KAISERLICH-KÖNIGLICHEN HAUS-, HOF- UND STAATS-ARCHIVS.



II.

DAS

STIFTUNGS-BUCH DES KLOSTERS ST. BERNHARD.

HERAUSGEGEBEN

VON

Dr. H. J. ZEIBIG,

COOPERATOR IN NUSSDORF.

Mit 2 lithographirten Beilagen.

WIEN.

AUS DER K. K. HOF- UND STAATSDRUCKEREI.

1853.

I.

SUMMA DE LITERIS MISSILIBUS.

EIN FORMELBUCH AUS PETRI DE HALLIS

KAISERLICHEN NOTARS PROCESSUS JUDICIARIUS.

HERAUSGEGEBEN

VON

FRIEDRICH FIRNHABER,

ARCHIVAR DES KAISERLICH-KÖNIGLICHEN HAUS-, HOF- UND STAATS-ARCHIVS.

Formelbuch

des

kaiserlichen Notars Petrus de Hallis.

Dieses Formelbuch befindet sich in einer Handschrift (Nr. 167) des Klosters Göttweih[1]), welche den Titel führt: ***Processus judiciarius, item et formulae.*** Es ist eine schöne, ganz unversehrt erhaltene Pergament-Handschrift, in Klein-Folio von 148 Blättern, durchaus (mit Ausnahme der Randglossen und einiger Zusätze) von derselben Hand, zierlich, nett und compress geschrieben, enthält auf jeder Seite über fünfzig Zeilen, und befindet sich noch in dem alten Einbande in dicken Holzdeckeln, welche mit rauhem, ungefärbten Leder überzogen, und mit Messingbuckeln beschlagen sind. Sie enthält von Bl. 1—15 den *Ordo judiciarius.* Dieser beginnt mit: *Incipit ordo judi-*

[1]) Auf einem, wissenschaftlicher Forschung gewidmeten Ausfluge in den Umgegenden Wiens, führte mich im September 1846 ein glückliches Ungefähr auch in die Mauern des Klosters Göttweih. Von Sr. Hochwürden dem Herrn Friedrich Blumberger, dem ausgezeichneten Forscher unserer vaterländischen Geschichte, dessen Bekanntschaft ich schon früher in Wien gemacht hatte, mit der freundlichsten Zuvorkommenheit aufgenommen, war meine erste Bemühung, die reichen literarischen Schätze des Klosters in Augenschein zu nehmen. Leider konnte ich dies bei der karg zugemessenen Zeit meines Aufenthaltes nur gleichsam im Fluge, doch widmete ich vorzügliches Augenmerk den Handschriften, welche die Bibliothek, eine durch ihren Reichthum, wie Inhalt ausgezeichnete Sammlung in ihren schönen Räumen birgt. Von den vielen mir hier durch die Güte des damaligen Herrn Bibliothekars und Subpriors, P. Leopold, vorgelegten Stücken waren es besonders zwei, vielleicht eben durch den Reichthum an älteren und wichtigeren Monumenten weniger beach-

ciarius a magistro Tanchreto compilatus und der Vorrede: *Assiduis postulacionibus me Carissimi socii iam dudum inducere studuistis ut ordinis iudiciarii libellum, quo actor ad agendum, reus ad defendendum et iudex ad causam audiendam examinandam ac diffiniendam instrui ualeant uestre componerem caritati. Desiderijs itaque vestris satisfacere cupiens rem mihi arduam sed vobis, et posteris fructuosam agrediar quam primo Richardus anglicus ad instar cuiusdam compilacionis, leges et canones sub paragrafis inducendo, et pro utraque parte in singulis articulis alligando tractauit. Postmodum pillius medicinensis legum doctor egregius ciuili ordine paucos tamen canones inducendo ad modum summe scribendo perfecit, quem pro sua sapientia et doctrina in pluribus imitari dispono. In hijs precipue casibus quibus secundum ciuile ius est in foro ecclesie procedendum, et vbi leges sacris canonibus non repugnant. In ceteris vero sacros canones secularibus legibus preferendo quod poscitis secundum statuta canonica adimplere studebo. Innocato ergo nomine domini nostri ihesu christi eiusque pariter suffragio postulato ad premisse rei tractatum accedo. — Judiciorum siquidem ordo quamuis in pluribus attendatur, sicut ex sequentibus titulis apparebit. in hijs tamen consistit precipue ut primo iudex competens adeatur et per literas seu nuncium reus citetur, libellus*

---

tale, welche mir einer besenderee Aufmerksamkeit werth schienen, ued die ich, selbe mit einigen andern in meiner Schreibtafel notirend, mir von dem Herrn Bibliethekar zur dereinstigen Beeützeng erbat. Der Güte der genannten Herree Stiftsgeistlichen und ihrer Verwendung bei dem Herrn Prälaten verdankte ich ie dem darauffelgenden Winter auf meine schriftlich gestellta Bitte, die augenblickliche Erfüllung derselben und zwar ie se liberaler Weise, dass eir gegen eine einfache Empfangsbestätigung beide Handschriften, die eine: Briefe Peters ven Pulkau, Abgeerdueten der Wiener Uelversität am Ceestanzer Ceecil 1416—1418, die andere den *Processus judiciarius* etc. des Petrus de Hallis enthaltend zur freiee Benützeeg ehne irgend eiee Beschränkung nach Wien überschickt und übergeben wurdee. Ich statte daher diesen würdigae Männern hier meinen Dank ab, in meinem Namee und im Namen aller Jener, denen die hier mitgetheilten Deekmäler der Verzeit einiges Interesse bieten dürften.

reo venienti porrigatur, et si uoluerit inducie deliberatorie sibi dentur, litis contestacio super re petita fiat, iuramentum tandem calumpnie prestetur, partes super ipso negocio interrogentur, testes et instrumenta producantur, producti publicentur et super hijs postmodum disputetur, demum per diffinitiuam sentenciam negocium terminetur, que omnia per manum publicam uel si publica non potest haberi persona per duos doctos viros diligentissime redigantur in scriptis, per que si fuerit super predictis orta contencio possit veritas declarari. Alioquin pro iudicis non presumeretur processu nisi quatenus legittimis constiterit documentis, sicut expresse traditur in constitutione lateranensis concilij Innocentii III. c.

Diuiditur libellus iste in quatuor partes. In prima tractatur de personis que debent consistere in iudicio. In secunda instruitur actor et reus et iudex in preparatorijs ad iudicium, et de hijs que precedunt litis contestacionem In 3ª de litis contestacione et omnibus que secuntur in iudicio usque ad diffinitiuam sentenciam. In 4ª de sentenciarum execucionibus, appellacionibus et restitutione in integrum.

(Folgen die Capitel-Überschriften):

De Judicibus Ordinarijs.
De Judicibus delegatis.
Sequitur de arbitris titulus.
De auditoribus et assessoribus.
De advocatis.
De procuratoribus.
De syndico et actore (De yconomo et vicedomino).
Secunda pars in qua instruitur iudex actor et reus in preparatorijs ad iudicium.
Qualiter actor adire debeat Judicem ordinarium.
De contumacibus et non venientibus ad Judicium.
De excepcionibus.
De replicacionibus.
De recusacionibus Judicum et auditorum.
De criminibus et qualiter contra criminosos agatur.
De formacione libellorum.

De excommunicacione.

De interdicto.

De pena canonica que dicitur suspensio.

De ordine sacro.

Incipit tractatus de matrimonio et eius impedimentis.

De contractu matrimonij per verba de presenti.

De contractu matrimonij de futuro qui dicitur sponsalia.

De impedimento quod dicitur consensus coactus.

De impedimento matrimonij scilicet ignorancia.

De impedimentis contra tria bona coniugij s. fidei sacramenti et prolis.

De impedimento matrimonij seu impotencia ad actum carnalem.

De impedimento quod est etas.

De impedimento matrimonij quod est ordo sacer.

De impedimento matrimonij quod dicitur votum.

De impedimento matrimonij quod est dispar cultus.

De impedimento adulterij.

De impedimento matrimonij quod est cognacio carnalis.

De impedimento matrimonij quod dicitur cognacio legalis.

De impedimento matrimonij quod est spiritualis cognacio.

De alio impedimento matrimonij scil. affinitate.

Quot sunt impedimenta matrimonij in summa.

Quibus temporibus non possunt matrimonia sollempniter contrahi.

Explicit summa de matrimonio et eius impedimentis.

Incipit summa notarie in foro Ecclesiastico.

De huius operis disposicione.

De procuratoribus.

De annis domini et Indictione.

De formis procuratoriorum ad impetrandum litteras in Romana curia etc.

Blatt 27 v. fangen die Formeln an, theilweise mit den Regeln für Rechtsform und Styl vermischt bis Bl. 94, welches die *con-*

clusio operis, die *graciarum actio* und die Schlussformel enthält: *Petre modo cessa, quoniam manus est tibi fessa. Explicit summa notarie in foro Ecclesiastico. Scripta Wienne, ac completa per Petrum de Hallis publicum Notarium anno domini Millessimo Trecentesimo xxx septimo. Indictione quinta in Octaua beate Agnetis virginis et martyris.* Bl. 95, 96 et 97, enthalten noch nachträglich beigefügte Urkundenformeln, theilweise von späterer Hand, Bl. 98 das Notariatszeichen und Unterschrift: *Et Ego Petrus quondam Conradi de Hallis Herbipolensis diocesis Publicus Imperiali autoritate Notarius summam infrascriptam et omnia et singula que in ea continentur manu propria conscripsi, meumque signum apposui consuetum.* Gleich auf der nächsten Seite 98 v. folgt ein neues Capitel der Notariatskunst „*Incipit summa de formacionibus priuilegiorum et instrumentorum;*" es enthält nach einer allgemeinen Einleitung von Fol. 99—117 Urkundenformeln, beinahe alle aus Österreich zunächst Wien berührend.

Bl. 118 folgt der letzte Theil der Handschrift, die Gestaltung der äusseren Verhältnisse betreffend „*Summa de literis Missilibus in Curijs principum et aliorum nobilium*" bis ans Ende. Bl. 147.

Wenn wir über die ganze Handschrift ein Urtheil fällen, muss dieses dahin ausfallen, dass sie eine vollkommen ausgeführte „*ars natariatus*" enthalte; ein Handbuch für alle Geschäfte eines öffentlichen Notars, theoretisch und praktisch durchgeführt, welches das gesammte Recht und Gerichtsverfahren zugleich mit einer praktischen Anleitung zur Aufsetzung von Urkunden jeder Art, sowohl in als ausser Streitsachen in sich begreift. Dasselbe hat um so grösseren Werth, da der *Ordo judiciarius* der reichste bis jetzt bekannte ist, und der ganze Inhalt zum weitaus grössten Theile, unserer Gegend und unseren Zuständen angehört. Die Handschrift ist, wie Fol. 94 angeführt wird, (s. o.) 1337 geschrieben. Auch der Theil, welcher von Bl. 94 bis ans Ende folgt, ist mit unbedeutenden Zusätzen ganz von derselben Hand, auf dem gleichen Pergamente mit gleicher Eintheilung geschrieben, wie der vorhergehende, so dass der Augenschein keinen Zweifel darüber geben kann, dass er ganz derselben Zeit angehöre. Die Handschrift ist ferner, wie es ebendaselbst, Bl. 94, heisst, in Wien

geschrieben. Dies so wie ihr Alter sichert ihr einen um so höheren Werth, als ihr auch die Persönlichkeit des Verfassers Bedeutung verleibt. Peter von Hall war, wie seine, Bl. 98, beigefügte Notariatsformel beweiset, öffentlicher kaiserlicher Notar, Sohn Conrads von Schwäbisch-Hall. Seine Stellung als solcher bürgt uns für die Richtigkeit und Wichtigkeit seiner Aufzeichnungen — dass er als Originale seiner Formeln wichtige Urkunden vor sich liegen hatte, zeigt der Inhalt. Dass ein Verdacht an Fiction derselben ungegründet sei (ausser bei einfachen Kanzleiformeln), beweisen die mehreren wichtigen Urkunden, welche es enthält, die bekannt sind, und mit den vorhandenen Originalen übereinstimmen.

Es wäre sehr zu wünschen, dass Jemand die bedeutende Aufgabe übernehmen möchte, den ganzen *Ordo judiciarius* herauszugeben. Eine tüchtige Bearbeitung desselben vom rechtsgeschichtlichen Standpunkte würde uns ein vollkommenes Bild des gesammten Rechtslebens des dreizehnten und vierzehnten Jahrhunderts entrollen, gewiss keine undankbare Aufgabe. Hier zur Probe gleichsam des Inhaltes theilen wir den letzten Theil der Handschrift mit, wie er sich von Bl. 118 bis zu Ende aufgezeichnet findet. Er ist überschrieben: *Summa de litteris missilibus in curiis principum et aliorum nobilium*, also ein Briefsteller, ein nothwendiger Anhang für die Studien eines Notars. Diese Summa enthält nebst vielen Urkunden die in *extenso* ohne Zeit und Namen aufgenommen sind, sehr viele Urkundenbruchstücke, welche wenn auch wenig oder kein Interesse für die politische Geschichte bietend, doch hie und da manches für Cultur, Sitten, Recht damaliger Zeit dienliches enthalten. Ich war bemüht, nur jene Stücke ganz hinwegzulassen, welche, meinem Dafürhalten nach, eben nichts als blosse Kanzlei-Formeln und Übungen waren, oder die durch Nachlässigkeit des Abschreibers so verstümmelt sind, dass sie durchaus als werthlos gelten müssen. Die übrigen wurden in derselben Ordnung wie sie die Handschrift gibt, aufgenommen, und ich hoffe, die grössere Ängstlichkeit bei der Ausscheidung, die vielleicht so manches stehen liess, was hätte hinweggelassen werden können, bei jenen Forschern, die sich für die Geschichte des dreizehnten Jahrhunderts, deren letzten Jahren die meisten der Formeln angehören, entschuldigt zu sehen. Die Beibehaltung der Ordnung der Handschrift glaube ich

damit entschuldigen zu können, dass manche Stücke, deren Bedeutung mir unerforschlich war, im offenbaren Zusammenhange unter einander stehen. Genauere Kenntniss der Zeit, als ich sie mitbringen konnte, wird vielleicht Manches erklären. Einige der wichtigsten Stücke suchte ich zu commentiren; in wie weit ich darin glücklich war, mögen geneigte Leser entscheiden.

Wien am 15. December 1851.

Summa de literis Missilibus in Curijs principum et aliorum nobilium.

I. Sic vocatur nobilis ad suscipiendam dignitatem Item collatio principatus iure hereditario quare vertendo folium tali signo. A. dei gratia etc. Sic nostris desiderijs deuocione ac obsequiis placuisti, vt a nobis dignus honoris stipendijs censearis. Quare taliter te adaptes, vt in suscepcione regii diadematis et cinguli militaris te militaribus insigniis decoremus.

II. Adepta dignitate inuitat subditos ad sollempnitatem. Vt in assumpcione Regii dyadematis et cinguli militaris nostra dextera liberalis appareat, ad hoc spem ministrare coneris taliter te adaptando, ut in ipsa sollempnitate, nobis ambulantem equum, propresenta assignes, qui digne in tanta festiuitate, nobis presentari valeat, et nos te ipsum recompensare generosius teneamur,

III. Princeps volens adducere vxorem inuitat nobiles. Ad mentalis exultationis tripudium, vos, de incremento honorum eminencie nostre prouenienicium, de certo gaudere nouimus. vobis tenore presencium nunciantes, quod dominus et pater noster karissimus, talis, ea intencione circa nos ducitur, vt coniugem nostram karissimam natam eius transmictere nobis velit, et quod in festo Penthecostes nunc venture debeamus Regio dyademate et militari Cingulo insigniri, verum cum tante festiuitatis sollempnia, nos sine vestra presencia peragere non sit conueniens neque decens, affectuose precamur quatenus prefate sollempnitati dignemini interesse, et in eo amoris flagrantiam, qua nos prosequimini, claris indicijs comprobabimus, si preces nostras votius concludetis affectu.

IV. Sic princeps refert gratiarum acciones alteri, qui promisit venire ad sollempnitatem. Consanguineo

suo karissimo, domino. H. tali Comiti. P. dux talis. cum sincera dilectione promptam ad eius beneplacita voluntatem. Receptis et intellectis vestris litteris, magnitudini vestre multas gratiarum referimus acciones, quod nostris desiderijs fauorabiliter concernentes, festiuitati nostre quam deo volente in vestra et aliorum principum amicorum nostrorum presencia, in instanti festo Penthecostes, agere decreuimus. promittitis interesse. Proinde enim sinceritati vestre teneri volumus specialiter ad singula vestra beneplacita et merita gratiarum. Preterea noueritis quod ad ea qne nobis ex parte vestra sub credencie clausula nnncius vester lator presencium exposuit viua voce, vobis rendemus per eundem.

V. Innitacio Episcopi ad sollempnitatem. Precordialissimo suo compatri, ven. in christo patri, dom. Alberto etc. H. dei gratia dux talis, filialem reuerenciam debitum et honorem, cum sincera debita et parata in obsequendis quibuslibet voluntatem. Cum locum exaudicionis peticionibus nostris aput vestram dilectionem speremus promereri, pronitatem vestram, de qua plurimam gerimus confidentiam, serie nostrarum literarum presencium duximus toto mentis desiderio exornandam. Quatenus intuitu nostri nostrorumque sincerorum interuentu ad talem nostram sollempnitatem siue festiuitatem quam celebraturi sumus ad nos dignemini venire. Speramus enim et habemus pro constanti qnod per vestrum desiderabilem aduentum et presenciam peroptatam inmensitas nobis crescat gaudiorum. In eoque nobis ostendetis affectum dilectionis singularis vestros et canonicos omnes ad eandem celebritatem petimus adducatis.

VI. Inuitacio nobilium ad nupcias. Munus solacii intima dulcedinis humectans precordia, florem iuuentutis prorogat vite cursus ampliando, cuius modos varios et diuersos, curie principum exercere consueuerunt. Huius ergo pretextu insignijs militaribus insigniti nullius inercie scrupulis pregrauati, debent se consnetudinibus extraneis conformare, talia multa reperire potestis, cum deo disponente, nostras nupcias celebrabimus in festo sci Johannis Baptiste proxime nunc ventnro, cuius celebritati vos petimus interesse. Scimus siquidem, quod per aduentum vestrum optatum, quamuis nostra sollempnitas et leticia, debet leticia varia perornari, in consimilibus vestris sollempnitatibus non denegabimus interesse.

VII. Rescriptum quod libenter volunt interesse. Quamuis racienabilibus causis et excusacionibus aput vos excusari

meremur, quod de vestrarum sollempnitate nupciarum nos haberetis excusatos siue subportatos, cum vos non lateat gentes terris nostris conterminas frequentissime bellicis incursibus nos molestare, tamen vestris peticionibus quas nuper nobis porrexistis annuentes, sicut decencius possumus expediti, ad vos venire non obmittemus, vt petistis infra terminum assignatum, terminos siue confinia armatis viris prius volumus premunire, ne in nostri absencia, hostes quos cottidie expectamus, gaudeant spolijs et rapinis, tamen petimus a vobis, quod in securo conductu nobis studeatis prouidere ad vos veniendi, et ad propria redeundi saluis rebus et personis, nam quosdam occultos emulos habemus interra vestra, hos occulte pertimescimus, et non manifeste.

VIII. Item inuitacio amici ad festum seu sollempnitatem. Cum per vestram presenciam desiderabilem omnis nostra sollempnitas quam celebraturi sumus debeat decorari. Rogamus vos quod amore nostri, nostrarumque precaminum interuentu, tali die ad nos modis omnibus veniatis.

IX. Princeps aduocato quod cum sufficientibus expensis ipsum expectet ad talem sollempnitatem. Quia in bonis nostris talibus in tua procuracione, talem sollempnitatem peragere intendimus domino concedente mentis et corporis sanitatem, volumus et mandamus, quod sicut decencius poteris nos studeas expectare, expensas sufficientes in necessariis coquine, potus et pabuli procurando. Ita quod per totum illud festum laute cum habundantia procurabis.

X. Ad Religiosos pro hospicio procurando tempore nupciarum celebrandarum. Cum illustris princeps. talis. in suis nupcijs. in L. celebrandis. non velit nostri presencia carere vllo modo. Sinceritatem vestram de qua confidimus requirimus studiose rogantes, quatenus intra scepta claustri vestri, aut alias, de hospicio, in quo tempore nupciarum predictarum, comode manere seu stare possimus nobis sub nostris expensis, velitis prouidere. In eo nobis exhibentes obsequium, aput vos ac vestrum ordinem in quibuscumque poterimus specialiter promerendum.

XI. Inuitacio ad tornamenta et exercicia. Insigniis laudabilibus, serto, galea, scuto, ense, baltheo, armisque prefulgidis, militaris glorie redimitos, pudet in sinu illaudabilis pigricie, gremioque iuercie confoueri. Porro cum vite presentis leticie nostre tocius vigore debeat tornamentorum exercicio immensitas gaudiorum, rubigine

tristicie, pigricie desidie scoria consumi vllatenus non debemus, immo repetentes vsum armorum ad martis officia recurramus, vt nostri memores exemplo per nos informati, femineo sexui commoda naturalia non asuescant. Ego egregio decore milicie decoratus, dulce nomen laudis sitiens, semper exoptans moueat nos nomen triumphi, precone fauorabili multis vicibus preconatum. desideratam vestram, multis egregijs militibus presenciam, cuius gloriosa fama per multas regiones diffunditur, in loco tali, et termino offeratis. Ibique nos accincti robore militaris potencie ad ampliandos nostre fame titulos omni occasione semota veniemus.

XII. (Eingeschaltet am Rande.) E. dei gratia zc. Honorabili in christo viro. tali preposito sibi sincero dilecto, gratiam et omne bonum. Honestati tue in signum gaudij et leticie intimamus, quod tali die, manus summi artificis de nostro produxit vtero primogenitum filium speciosum. Quare discretionem tuam attente requirimus et rogamus, quatenus more dilecti fidelis nostri, de tanto munere, nobis dato diuinitus, in dei laudem nobis congaudeas, ac D. talem, latorem presencium insignum congaudij ad nos remittere studeas tuo munere consolatum. Datum etc.

XIII. Item inuitacio ad hastiludium exercendum. Strenuo viro gloriosis milicie titulis redimito, tali militi. B. talis, se benluolum ad queuis beneplacita cum affectu. Fortune cursus volubilis, multis vicibus exoptatus pro voluntate cuiuslibet frequentissime debitum sortitur effectum. Hinc est quod desiderata sepius inter nos hastiludii mutua congressio appropinquat oportune felicitatis alis apportata, cuius celebritatem tales principes serenissimi, per multas regiones eduxerunt zelo dilectionis pacis ac amoris, vos inuitamus, in deduccionem iocundam hastis premetiti, ludos hastiludij, in presencia predictorum principum peragamus. Speramus itaque apud eosdem principes, pro eadem cordialitate laudis fauoris et honoris maiorem gloriam famamque in latum protensam adipisci.

XIV. Princeps militi qui officium venacionis habet quod tali die cum venatoribus expectet pro agitando ceruo. Quia pro solacio et deduccione temporis venaciones volumus et intendimus exercere, precipimus, quod congregatis et conuocatis nostris omnibus venatoribus et caniductoribus cum canibus pro agitando cervo in tali loco, tali hora diei nos studeas expectare, nullatenus obmittendo.

XV. Letatur quidam de nato infante et ortatur, ut ei nomen auunculi inponatur. Audito quod masculino fecundauerat ille prolem vestram, per quem cuncta in essentiam prodierunt, in mea concepi mente leticiam vehementem. vobiscum canens, puer natus est nobis, hylari voce, suborganizando domino alleluja. vnum merito dominice suadeo voluntati quod eundem natum, cum in sacro baptismi lauacro renatus extiterit, cum domino auunculo vestro equiuocetis nomine, de ipsius dominio non desperantes.

Sperantes non in homine sed in deo, quatenus prestare dignetur quod per huiusmodi palmitem eiusdem domini, nichil et omne nostri, premitiue ipsius vitis et tocius vinee generosa congnacio in aeternam memoriam propagantur.

XVI. Nobilis petit alium vt veniens leuet puerum de fonte baptismi. Quia deus omnipotens amplians semen generis humani, vt promisit sanctis patribus habraham ysaac et iacob. dicens, multiplicabo semen vestrum tamquam stellas celi et arenam maris, nos felici sobole dignatus pro sua pietate visitare, per quem speramus nobis accrescere laudem gloriam et honorem, Intimo corde rogamus per presentes, quatenus spiritualis amicicie contractum non spernentes pro omni exhibicione dilectionis fauoris et benignitatis, ad baptizandam eandem prolem, tali die, ad nos dignemini venire, Nam toto cordis desiderio paternum eiusdem prolis vos exoptamus per hoc etiam nodo indissolubilis dilectionis ac funiculo amicicie perpetuo vobiscum coniungemur.

XVII. Nobilis alteri, quod coniunx sua genuerit prolem petens, vt nuntium remuneret. Quia coniunx nostra predilecta produxit nobis prolem peroptatam hoc non latere vos volumus, petentes vt nobis congaudeatis, nuncio in nunciali munere succurrentes, ex eo maiorem affectum vestrum erga nos senciemus.

Sic scribitur in discordijs principum.

XVIII. Sic formantur conspirationes inter principes. Nouerint vniuersi presencium noticiam habituri, quod nos. k. dei gra. dux talis t. principem zelo tocius dileccionis et amoris prosequentes. eidem de nostra mera libertate, spontanea voluntate, bona fide, corporali prestito sacramento, sacro sanctis ewangelijs manu tactis promisimus assistere contra omnem hominem quemlibet. et personam cuiuscumque condicionis sit generis uel dignitatis, iu-

uantes ipsum omni tempore, quam diu vixerimus nostris persone rebus sumptibus et expensis, nostrique exercitus totali potencia, quocunque et quandocunque per ipsum uel per literas suas fuerimus requisiti, et hoc tam in terra quam etiam extra terram. Idipsum et idem princeps nobis facere repromisit sub simili iuramento, nec vnquam promissum nostrum irritantes contraueniemus de iure uel facto ratione alicuius mandati absolucionis vel preceptis. Ad huius rei euidentiam maiorem et cautelam presentibus prefatum pactum duximus confirmandum, nostri sigilli munimine consignantes.

XIX. Item conspiracio principum perpetua. Nos. a. dei. gra. etc. Intendentes comuni amoris sinceritate, et vnionis perpetue vnitate, karissimum generum nostrum, dominum. C. etc. diligere, et vere dilectionis affectibus perpetuo amplexari, ac pacis et concordie, caritatis nexibus connectendis cum eo fecimus et irreuocabiliter obseruandis, sicuti pluries et pluries promisimus, ita et nunc promittimus bona fide, prestito nichilominus corporaliter sacramento, quod dictum dominum C. ex cordis intimis diligentius, et ei cum toto posse nostro contra omnem hominem viuentem assistemus. In cuius rei etc.

XX. Confertur et datur principatus nobili, iure hereditario. Alb. dei gra. etc. Regalis prouidencie maiestatem in omnes generaliter benemeritos et fideles gratie sue dexteram debet hylariter operire, in illum verumtamen quem mater nostra sibi sanguinis vnitate coniunxit, et altiora merita constituunt digniorem, interest eius effundere gratias et honores. ipsumque non solum ampliare muneribus sed honorum et dignitatis titulo decorare. cum suam inde presertim gloriam non denigret, nec principale lumen aliud lumen gignens non minus propterea reluscescit, et solis splendor illustrans lunare corpus inferius, non perdit exinde propriam claritatem. Per presens itaque priuilegium deferri censemus ad noticiam presencium, et memoriam futurorum, quod nos attendentes fidem puram, et deuocionem sinceram quam talis ad patrem nostrum celebris memorie noscitur habuisse, pensantes etiam fidem ipsius seruatam actenus erga nostram excellenciam incorruptam, quam nec inbecillis etatis nostre condicio fere dudum ab omnibus desperata, nec aduersancium nobis instantia pressurarum, a via nostre fidei potuit alterare, sicut ex hijs procul-dubio celsitudini nostre constat, licet aliquando quam in corde gerebat nobis monstrare nequiuerit, per opera voluntatem. Consi-

derantes quoque quod idem C. tamquam caro de carne nostra, sanguis de sanguine nostro, et os de ossibus, clariori dignus est dignitate, vt sicut inter alios nobis ydemptitate nostre coniunctus est sic prerogatiuam obtineat gratie singularis, quam dum in eum transferimus, referre credimus in nos ipsos, velut eam in sinum de pectore commutantes. Inmensa qnam erga eundem C. gerimus ex causis predictis beniuolencia suggerente, decernentes eundem ad altioris status et gradus speculam snblimare, habito sollempniter ex deliberacione consilio, cum excelsis principibus. a. b. c. erigimus et promouemus eundem in principem talis terre . . . vt tam ipse quam eius heredes ammodo ab eo legittime procedentes sint principes apucij. benigne concedentes eisdem principatus ipsius nomen et omnem dignitatem titulum et honorem, dacionem et iuris dictionem que ad principatus decus pertinere noscuntur. Quibus adbuc ad maiorem cautelam perpetuo profuturam, de consensibus et consilijs omnium predictorum tam Comitatus Cesarij, quam Laureti et Baronias sitas in iusticiario tali infra limites comprebensos, et Baroniarum iurisdictionem, in honorem principatus ipsius, ex habundanciori gratia sibi super addimus in presenti damus et concedimus ac etiam confirmamus tenimentis, iusticijs, rationibus, pertinencijs omnibus suis, que de denario in denarium, et que de seruicio in seruicium. Coustituentes eis de plenitudine potestatis ex hijs omnibus vnum perpetuo principatum, advnantes et conglebantes, tam Comitatus quam Baronias predictas tamquam diuersa membra vnum corpus et sub vnius titulo uel capite principatus. vt ipse de cetero sint connexe. Ad huius igitur institucionis, concessionis, et confirmacionis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum presens priuilegium fieri, et sigillis nostre maiestatis fecimus roborari.

XXI. Sic scribunt principes cum intendunt discordare. Serenissimo principi tali dux t. sinceram et paratam ad queris beneplacita voluntatem. Jam dudum egrum cor sinistramque voluntatem gessimns et querimoniam volentes occultare nec potuimus amplius sustinere de violentia nostris hominibus sepissime per vestros manu temerata irrogata, quam nunc deponimus et intimamus, quod cum sperabamus, de parte vestra perfrui pacis ac commodi temporibus tranquillis homines vestri, tales nostros pauperes manu presumptuosa in rebus et personis perturbauerunt, quos petimus ad satisfactionem congruam et condignam compellatis, alias tantam ipsorum

pertinaciam, non valentes sufferre. vt malum pro malo reddamus ipsos vbi poterimus, propossibilitate nostra, totis viribus persequemus voluntatem vestram nobis finalem rescribatis.

Rescriptum. Serenissimo principi etc. Cum notorium sit, omnibus proximioribus principibus terrarum nostrarum et vicinis, homines nostros, bone ac laudabilis hactenus fame permansisse, quos tamen ut nuper in litteris vestris plene intelleximus, nota grauis infamie aput nostram audienciam infamastis, ipsos vestrorum hominum predones seu spoliatores asserentes, pro quibus parati essemus et sumus prestare fidei iuramentum. ab omni malo nomine racionabiliter excusando, Quare petimus vos diligenti cum affectu, quod erga eosdem homines nostros suspicionem sinistram non geratis, nam cum eos innoxios et iustos ab omnibus talibus scimus pro certissimo, quod pro eo, siquis eos manu presumptuosa vellet impetere molestando et iniurias irrogando, in nullo necessitatis articulo, ipsos deseremus. Placeat ergo serenitati vestre eos habere per omnia excusatos.

XXII. Sic princeps petit alium pro adiutorio contra inimicum. Quia de vestra magnificencia inter principes nobis vicinos et proximos gerimus fiduciam ampliorem, imo de vobis presumentes presentibus rogamus vos, omni quo possumus ex affectu, quatenus intuitu seruiciorum nostrorum in mille hominibus armis bellicis expeditis nobis sucurratis ista vice, vt vestro suffulti subsidio, viriliter hostibus repugnemus, qui nimis contra nos inualescentes multa dampna terre nostre, nostrisque hominibus grauiter intulerunt. incendijs spolijs diuersis et rapinis. Id erga vos si vmquam opus fuerit in consimilibus studebimus promereri.

XXIII. Rescriptum volens eum iuuare. Amicicie nomine censeri non meretur qui amico plenam fiduciam gerenti in necessitatis articulo cum affectuose postulat non recurrit. Hinc est quod vestris partibus nuper nobis per literarum vestrarum tenorem porrectis inpulsati, pro auxilio prestando ad inimicorum seuiciam importunam prosternendam totaliter animo fuimus disturbati, vobis de vestris incommoditatibus ex cordis intimis eondolentes, et quia vestras preces animo gratuito suscepimus et benigno, homines nostros armis expeditis peroptime quotquot vvltis, vobis transmittemus. Speramus namque quod deo cooperante omnes inimicos vestros superabitis, omnia ipsis spolia et predas auferentes, tam forti et potenti

militia roborati, et si opus fuerit per potenciam nostram adhuc forciori exercitu nostro, hostibus vestris obicere nequaquam denegabimus immo pro triumpho obtinendo, ne inimici de nobis habeant gloriari, maiorem potenciam queremus, exponendo nos et nostra, quia scimus vos in consimilibus nobis vicissitudinali repensiua respondere.

XXIV. Item pro subuencione armatorum. Excellenti viro ac domino etc. perpetue fidei nodum indissolubilem cum salute. Vestre amicitie de qua speramus ratione tante confederacionis nos in vnum par dilectionis iocunditatis vinculo coniungentis, de duce tali compellimur grauem proponere querimoniam, qui veluti infirmata memoria inter lineam consanguinitatis, non congnoscens sed hostili victus demencia terram nostram per exercitum validum nititur impugnare, Cuius obuiare furiose demencie sine amicorum auxilio non valentes, vestram pre omnium amicorum nostrorum amiciciam duximus medulliter exornandam, vt in dicti principis, nobis hostiliter obuiantis furijs repellendis nobis adesse dignemini aliquali copia armatorum, a nostris rebus et personis subuencionem parem in casu simili uel majori suo tempore pro certissimo habituri.

XXV. Rescriptum denegandi subsidium. Cum pacis toga consueta tranquillitate ac dulcifluo comodo perfruamur ex more solito prout vobis satis est manifestum, et omnia instrumenta bellica incolis terre nostre sint penitus aliena, qui nisi proprias opes, aliorum non querentes, gaudent pacifice possidere ad conuincendam et refrenandam seuiciam seu importunitatem intollerabilem vestrorum hostium, qui vos et vestros molestant homines, nostros toto desiderio pacem cupientes, ad prestandum subsidium transmittere non valemus, pro eo aput fauoris vestri benignitatem excusari petimus, vt erga nos et nostros non geratis egrum cor, sinistramque voluntatem, nam ad alia vestra beneplacita singula pro omni vestra vtilitate et honore promptos nos exhibere vltroneos et paratos.

XXVI. Item pro subuencione contra inimicos. De fidelitate nobis a patre vestro antiquitus inuiolabiliter obseruata, de vobis naturaliter presumentes firmiter credimus et speramus, vt eiusdem fidei, et amoris glutinum erga nos dirigat et obtineat zelus vester. Et vt nobis pandere valeatis placidum indicium caritatis, vos requirimus propensius exorantes, quot vnus vestrum nos quantocicius cum aliquibus armatis aput L. accedere non obmittat, si maiora vos negotia non impediant uel retardent.

XXVII. Petit princeps alium ut pro soldenarijs conueniendis concedat pecuniam. De consueta serenitatis vestre beniuolentia, semper nos amicabiliter in sinu dilectionis vestre consueuistis confouere, facientes ea que vtilitatem nostram respiciunt commodum et honorem, pro quo quam diu vita nostra viuere potest vestri sumus per omnia debitores vnde dominorum precipue tamen vos non lateat malum quam patimur hostium nostrorum multiplices per incursus, quibus resistere bono modo cum honore nostro non valemus nisi senciamus dilectionem vestram intemeratam adiutorium nobis afferentem, petimus precibus instancius Confidenter, quod si vmquam aput vos nostris seruicijs possumus promereri, tantam summam pecunie nobis concedatis, pro qua soldenarios si homines vestros habere non possumus conducamus, quam vobis animo gratuito in termino per vos prefixo ex integro persoluemus. Et vt maiorem adbibicionem fidei pro solucione prefate pecunie nobis apponatis nulli libencius quam vobis talem municionem volumus obligare tenendam possidendam et habendam cum omnibus vtilitatibus et redditibus et prouentibus ad ipsam pertinentibus, tamdiu donec memoratam summam pecunie integram sine omni condicione, cum benivolencia cum gratiarum accionibus multimodis studebimus restaurare.

XXVIII. Princeps petit alium vt de fauore sui sit quod milites sui veniant in auxilium. Auxilium ei non debet denegari qui cuilibet fautori ac promotori in quouis necessitatis articulo impendere auxilium est paratus, vestre si quidem serenitati notorium extitit per euidenciam operum, quod non nullis vicinis nostris sepius pro nostra possibilitate prestitimus subsidium ad violenciam hostium repellaudam, que nunc nobis similis incumbit cuius incursus seu impetus horridos superare non possumus nisi de suffragio vestrorum militum fortitudine suffragante. Quare petimus vos sub confidencia speciali vt intuitu nostri omnes milites vestros et alios quos reperire valebimus in terra vestra fortes in exercicio militari, sit bone voluntatis vestre fauor, et licencia specialis vt eos precio nobis in auxilium conducamus, vobisque si vmquam necessitas ingruerit repensiuam consimilem impendemus non solum in hijs sed et in alijs assistentes vobis consilio auxilio et fauore.

XXIX. Sic princeps mittit pro soldenarijs summam pecuuie repromittens. A. dei gra. dux talis vniuersis militibus feodalibus aliisque singulis ad quos presens litera peruenerit,

salutem et milicie laudes feliciter. coronamque triumphalem promereri. Cum tituli militaris roboris non per desideria sed per exercicium probitatis ostense, acquirantur, vos communiter omnes pro corona laudis et honoris promerenda inuitamus euocantes, nobis in auxilium ad seuiciam inimicorum nostrorum prosternendam precibus quibus possumus vos inclinamus, vt infra spacium vnius mensis armorum apparatu expediti, condecenter ad nos ad talem locum studeatis maturare, et quicumque per exhibicionem sue strenuitatis se nobis vltroneos et paratos exhibuerint perpetua dilectione ipsos prosequemur, famam ipsorum laudabilibus titulis vbique promouentes Ipsos et ultra omnem conuencionem quam nobiscum fecerint varijs donis remunerabimus ad futura seruicia beniuolos ipsos nobis efficere intendentes promptos et paratos.

XXX. Soldenarij mittunt ad principem certificari de pecunia cupientes. Serenissimo principi tali. t. miles, obsequium ad omnia sincerum et paratum. Fama volante inter multos nostris auribus insonuit vos copia virorum armatorum indigere contra talem principem, ad eius seuiciam suorumque hominum nequiciam quam in terra vestra exercet prosternendam. noueritis nos expeditis viris in armis bellicis habundare, vnde si iustam laborum recompensam possumus erga vos adipisci, ad vos quemcumque terminum assignaueritis, omnibus nostris negotijs postpositis veniemus, incertis duntaxat stipendijs nos certos faciatis, eoque promptiores ad omnia pericula personas nostras exponentes, vestrum promouere studebimus profectum et honorem, itaque non sine gloria sicut speramus obtento triumpho de vestris inimicis ad propria reuertemur.

XXXI. Princeps mandat militibus ut ueniant cum armis. A. dei gra. etc. vniuersis militibus suis totique terre sue dilectionis et fauoris continuum incrementum. Quia pro defensione vestra, bonorum, puerorum et omnium vestrorum inimicis nos persequentibus, volumus viriliter obuiare, ipsos subpeditare cupientes, precipimus vobis firmiter, et districte mandantes, fauoris nostri per obtentum, quod omni occasione semota, tali die in L. cum omni armorum sicut melius potestis vos expedire apud nos sitis constituti, nullatenus obmittentes.

XXXII. Mandat militibus ut in obsidionem ciuitatis uel castri se transferant, et custodiam apponant expensas secum deferendo. Pertimescentes de malo futuro, ne

per nostros inimicos dampnum uel perdicionem incurramus volumus et mandamus gratie nostre per obtentum, quod sicut honorem nostrum diligitis ad obsidionem castri uel ciuitatis talis cum armorum apparatu vos transferatis, expensas ad iiij[or] septimanas vobiscum deferentes, Sicque eidem castro custodiam peruigilem adhibeatis quod vobis regratiari habeamus.

XXXIII. Item vt ciues custodiant ciuitatem. Cum nos non lateat quosdam habere nos mortales inimicos qui latenter intendunt nos in quibus possunt molestare a quibus precauere volumus, ne aliquam municionem castri vel ciuitatis per tradicionem perdamus, malumque precaueamus, quod frequenter nocturno tempore ciuitatibus solet euenire, precipimus vobis firmiter et districte quod sicut honorem nostrum diligitis, res vestras et paruos, ciuitati diligentem custodiam maxime tempore nocturno apponatis. Itaque ciuitas nunquam careat hominibus peroptime in armorum apparatu expeditis.

XXXIV. Mandat aduocatis vt cum rusticis de ipsorum districtibus cum fossorijs et ligonibus ad talem locum veniant pro castro construendo contra inimicos. H. dei gracia etc. vniuersis aduocatis, scultetis in tota sua terra constitutis, gratiam suam et omne bonum. Volentes ante impetum inimicorum nostrorum esse tuciores proposuimus castrum construere in terminis terre nostre ne ipsis inimicis facilis introitus in terram paterit. Imo precipimus vobis gratie nostre, vestrarumque rerum et bonorum per obtentum, quod de quolibet manso rusticum accipiatis cum pala ligone et fossorijs expensam ad vnam septimanam deferentem, et ad talem locum veniatis, nostri marsalci conspectibus in signum memorialis vos ostendere studeatis, non recessuri nisi de ipsius licencia speciali quicumque mandatum nostrum neglexerint ipsos in rebus et paruis grauiter puniemus.

XXXV. Item mandat vt de quolibet manso vnus armatus veniat contra inimicos. Quia ad repellendam seuiciam hostium indigemus multitudine armatorum ne ipsis omnino tamquam expertes armorum subcumbamus reipublice vt viriliter succurramus volumus et mandamus, quod tali die, ad L. cum omnibus armis et faleris veniatis, omni occasione procul mota.

Sic formantur litere pro concordia.

XXXVI. Pro pace ordinanda inter principes vnus alium sic inuitat. A.[1]) dei gracia etc. Illustri W. Regi. Plena querimonijs nuper tua venit epistola nostro culmini destinata, cuius tenore memorialibus precordiorum nostrorum cellulis inuoluto, super iniurijs et grauaminibus, quibus te per Illustrem Albertum ducem austrie filium nostrum, fratrem tuum turbatum audiuimus, tanto copiosioris inmensitate turbinis nostra amaritata sunt precordia, tanto pungitiuius serenitatis nostre commota sunt viscera, quanto feruencius et auidius inter te et ipsum fratrem tuum fraterne karitatis constanciam et inextinguibilis amoris flagranciam vigere lucidius nostra affectio affectaret. Ea propter sinceritatem tuam affectuosissime requirimus et rogamus, quatenus mentem tuam a turbacione huiusmodi serene illucidans, et amotis quibuscunque suspicionibus que mentem seducunt, discidia suscitant, et amoris radios reddunt opacos, cum ipso fratre tuo pro sopiendis omnibus hijs que inter te et ipsum, aliqualis discensionis scrupulos videntur sub ducere, diem colloquij studeas amicabiliter obseruare, assignando sibi locum et terminum congruentem, ad quem idem frater tuus ex nostro mandato veniet, nosque ad eundem terminum nuncios nostros transmittemus, vt de ipsorum nunciorum, et vestro vtrobique consilio, extirpatis vndique dissidiosis quibuscunque fomitibus inextricabilis dilectionis et amoris restauretur vnanimitas indissolubili confederacionis vinculo in perpetuum duratura. Si autem quod absit in ipso colloquio tractatus complanacionis huiusmodi ad prefatam duci concordiam non valebit, petimus tamen vt saltim erga dictum ducem nostrum filium, tuum fratrem vsque ad nostrum in austria aduentum, qui deo dante erit in breui, nostre reuerencie intuitu, te concorditer gerere studeas et amice. quod et ipse dux erga te vice uersa facere non obmittet, et nos tunc personaliter interponere decrenimus partes nostras, vestramque dissensionem in firme dilectionis et vnanimitatis fedus conuertere, nullo vmquam tempore corrumpendum. datum etc.

[1]) Statt A ist hier zu lesen: R. Rudolfus und scheint sich diese Urkunde auf noch ganz dunkle Verhältnisse zu beziehen, vielleicht liesse sie sich mit dem in Verbindung bringen, was Palacky Pag. 368 und Note 437 vorbringt.

XXXVII. Item de eodem. Magnifico principi, domino. H. inclito duci tali etc. Beati pacifici quum ipsam possidebunt terram. Huius sacri cloquii grande misterium attendentes ex alto cordis nostri spem emisimus, pacem tranquillam et concordiam perpetuam fore inter nos mutuam cupientes, cuius vt finis et composicio et commoda pro vestre nostreque terre habitatoribus, ac incolis singulis et vniuersis, nuncios nostros sollempnes cum literis nostris, ad vestre presencie conspectum transmittendos, quos recipi a vobis cum benignitate amicabiliter serie presencium exoptamus, cum quibus habito tractatu seu mutua collocutione vt fedus amicicie perpetue iniamus, diligenti super hoc ordine ac tranquillitate pacis vobiscum terminum congruum et locum opimum conueniendi nobis dignemini per eosdem precise prefingere ac etiam assignare. Nosque ibidem de maturo consilio baronum nostrorum et militum, fomitem omnis mali, discensionis seu discidij preteriti penitus resecantes, pacem et concordiam perhennem inter nos mutuis nexibus et nobis in dissolubilem firmabimus perpetuo valituram.

XXXVIII. Rescriptum quod ad pacem sit paratus. Cum semper fuerimus zelatores pacis et promotores cuiuslibet tranquilli commodi pro nostra omnimoda facultate de plena libertate cordis puritate vltroneos beniuolos et paratos, alacriter gratuite ylareque ad pacem vobiscum perhenniter habendam tenendam et roborandam nodo indissolubili perpetuoque nos offeremus totaliter cordis beniuolenciam inclinantes, quam ut inconuulsam ratam firmam et gratam habeamus perenni robore valituram petimus vos serie presentium literarum, quatenus in die tali proxime nunc venturo. ad L. cum maturo consilio vestro seu consiliarijs cursum itineris vestri dignemini maturare. Speramus enim omni dubietatis scrupulo proculmoto, vobiscum inire fedus amicicie perpetueque concordie vnionem, de qua non solum presentes, verum etiam posteri heredes seu successores nostri nec non subditi, qui parent et obediunt nostris mandatis, diuites ac pauperes, humiles et potentes, immensitate gaudii repleti, gratias deo agentes, ex cordis intimo gaudebunt, nosque omnipotens bonorum largitor pace celestis patrie gaudere faciet in futurum.

XXXIX. Sic inuitat Episcopus principem ad concordiam cum suo Episcopo habendam. Inclito principi etc. salutis proprie memoriam, felicitatemque mereri futurorum. Ex officio debiti pastoralis peruigili cura qua sumus honorati vigilantes,

sollicitudinem in intimis cordis pregrauem gerimus, vt gregem nostre diligenti custodie recommissum, a latentibus insidijs antiqui hostis, versucijs laqueisque infinitatis eruptum non sauciatum vllis illecebris sanum incolomem et expurgatum tamquam aurum purissimum ab omni scoria detestabilis facinoris altissimi dulcissimis conspectibus presentemus, cuius perdicio si negligentes fuerimus, ortando monendo salutifere consulendo, districto summi Iudicis examine de nostris manibus requiretur, quem cum quanta pietate ac fauoris ingentis benignitate hactenus pauimus opificem summum donatorem creature vniuerse, perscrutatorem secretorum omnium, in iudicem iustum nobis ponimus, et in testem, a quo iam grandeua et senili etate, cui viuere labor et dolor angustia nimium confecti non immerito in vlnis dilectionis filialis merueramus confoueri. Set prochdolor paterne dilectionis affectum continuum non acceptans togam elicatus reiccit, horridis exuuijs prauitatis sese vestiendo, dum patrem spiritualem de possessione pacifica vtpote maleficum exilio relegauit, cesset tamen omnis persecutio in nos facta, quoniam deus precepit peccasti quiesce multis offensis irrigatis post multa obprobria dampna et incommoda nobis illata indebite et iniuste, hoc consilio sano et salubri vos decreuimus visitare, nam mater nostra Ecclesia gremium aperit pietatis et misericordie humiliter veniam non denegat postulanti.

XL. R e s p. p r i n c i p i s q u o d s i t p a r a t u s a d c o n c o r d i a m. Reuerendo etc. Creator magnificus laudabilis in secula in cunctis suis operibus, non uult interitum peccantis, imo magis vt conuertatur ab omnibus impietatibus, ab hominacionibus, ab iniquis vijs, et cogitationibus animum disturbantibus ad fontem viuum tocius bonitatis, ex altissimi vtique speramus prodi institutionibus consilijs et mandatis, dum velut pater, induricia seu pertinacia duri cordis nostri ne filius interiret, priorem vos ad dandam veniam vltroneum obtulistis. O quibus cogitacionum peruersis fluctibus estuantis ire, dolo fraude, felle tocius amaritudinis repleti in vos seuiebamus, desperato mortis eterne perpetue dampnacionis amica forti funiculo per guttura stringens nos cogebat, diuina tamen affluente clemencia omnem in nobis prauitatis et nequicie rabiem subuertens seuissimam pellem bidentis nostris humeris imposuit, vt filiali dilectione in amplexus vestros et oscula delibuta multa dulcedinis irruamus potenter habunde cum omni constancia et perseuerancia, nos informauit. Nunc ergo reuerende metuende diligende pater, omnis mali versucieque

cessante fomite, dignetur nos in tribulacione per absenciam vestram desiderata presencia visitare per nuncios vel propria in persona, quam per omnia ad vestra beneplacita et satisfactionem nos inuenietis promptos et paratos.

XLI. Princeps reuocans Episcopum inducit eum et reddit in pacificam bonorum suorum possessionem. Nos talis dux scire cupimus vniuersos presencium notitiam habituros quod cum terra nostra siue ducatus in suo potissimo stare statu vel valore nequaquam possit per absenciam domini Episcopi venerabilis patris nostri nisi grande generaretur periculum animarum quarum verus pastor est rector et gubernator habens plenariam potestatem seu auctoritatem liberandi de peccatorum nexibus et soluendi, quem quamquam nostris diuersis excessibus malis et multis ad iram concitauimus, in terram ad possessionem pacificam et quietam reuocare, qui vt sine omni diffidencia et timoris infliccione ad nos remearet, tales viros aptos discretos et ydoneos, de quibus nobis spes omnis boni, obuiam duximus transmittendos, qui eum cum omnibus suis, pro bono concordie cum magna securitate conducant, et si opus sibi fuerit, reducant securitate sub eadem. Cui exnunc possessiones suas castra municiones quaslibet ciuitates villas et curias ex pleno sicut inuenimus restauramus, de quibus libere pacifice ac quiete se intromittat impedimento aliquo non obstante. Ad cuius rei euidentiam presentem literam nostro sigillo duximus roborandam. Datum etc.

XLII. Sic milites et populus inuitant Episcopum ad terram suam. Venerab. in christo etc. vniuersitas militum, omnisque populus vtriusque sexus salutem, et viscera paternalis affectus habere circa gregem recommissum. O quam execrabile malignum tempus, et nephandum a progenitoribus nostris deterius non auditum in quo principum litis fomesque infande discordie inter vos et dominum ducem sumpserunt originem, vt finem bonum sortiretur sine mora, in cuius protractu multa sunt pericula irrecuperabilia, tacendo de rerum amissione multipliciter irrogata quam sencient perpetuo nostri successores. Moueat ergo cordis vestri hospicium paterna dilectio, attendendo materiam velo intrinseco, dolori seu rancori contra dominum ducem nostrum viriliter, et relocet nos ad fedus dilectionis et concordie pristine vnionem inuitando, hoc ipsum nos humiliter petimus et deuote flexo poblice et complosis manibus ad deum et ad vos in altum oculis eleuatis, desperacio de saluacione animarum

nostrarum nos perurget, veniens desiderata presentia vestra appropinguet, grex errat grauiter per deuia vobis recommissus, serpentis antiqui fraus preualuit insanabili veneno sauciando. Heu pater accedite succurrite iam perimus, si tamen iter vestrum maturaueritis nos sanabitis a noxijs emundantes et peccatis, hostis adhuc antiquus non omnimodam obtinuit potestatem in nobis omnia corda nostra coram vestris oculis gratiam et benignitatis plenitudinem cupientes obtinere, preponemus vestre sincere voluntati. Scimus etenim quam cito pede terram calcaueritis dominus dux noster vestra se pre omnimoda inclinabit voluntate.

XLIII. Sic princeps perpetuo concordat cum Episcopo suo. In nomine domini amen. Nouerint vniuersi et singuli presentes et posteri quorum audiencie presens pagina fuerit deuoluta, quod nos dux talis, quamquam prauis suggestionibus humani generis inimici ac latentibus eius insidijs, animum nostrum a iusticie tramite multimode seducentibus defraudati et decepti, venerabili in christo patri dom. tali episcopo reuerendo, totique clero, iniurias violencias obprobria necnon et dampna diuersa intulissemus, quasi nostri nostreque salutis penitus immemores, postposito dei timore seu abiecto, tum in presencia ipsius domini episcopi tum canonicorum et aliorum clericorum, aduersantia multa molientes, nunc ad mentem sanioris consilij spiritu reuocati, omnis dyabolice decepcionis vestem abicientes, pacis ac quietis togam induimus, bonitatis et pietatis, cupientesque saluti nostre prouidere et progenitorum nostrorum omnium remedium animarum procurare cum tota diligencia et affectu memoratum dominum episcopum in terram nostram cum benignitate cordis ac diligentia decreuimus reuocandum fedus pacis perpetue et concordie indissolubilis cum ipso inientes in hunc modum. Primo fidei sacramento prestito sacrosanctis ewangelijs manu tactis promittimus sacrosancte romane ecclesie, dominoque episcopo in L. tamquam filius obediens et deuotus omnibus mandatis monitis consilijs et preceptis salutaribus obedire cum omni reuerencia et honore, nec vmquam decetero, dominum episcopum siue clerum in eorum iure quolibet molestare de iure vel defacto, sed pocius in sinum dilectionis integre a cunctis incursibus protegendo confouere. Insuper omnes possessiones prefati domini Episcopi municiones castri ciuitates villas seu quaslibet hereditates ab antiquis temporibus ecclesie tali pertinentes secundum quod sunt in suis metis et terminis

limitata reddimus, ac terminos talis ville uel aque metas ampliamus et facimus perpetua perfrui libertate, nullum penitus ius consuetudinem uel aliquam iurisdictionem in ipsis relinquentes nobis et nostris heredibus seu successoribus, qui quocumque modo in nostro dominio seu ducatu nobis succedunt, ex nunc prout extunc sentencie domini pape, et omnium episcoporum alemanie nos nostrosque successores subicientes, si vmquam contrauenerimus predicta in aliquo irritantes. Addicimus etiam quod in eodem episcopatu nos et nostri successores in perpetuum nulla iura seu consuetudines vendicamus monetas, colonos colectas exacciones, et omnes soluciones vsurpantes, quocumque nomine censeantur, nisi de bona ipsius domini Episcopi et plenaria voluntate. Super qua concordie vnione literas confirmacionis domini pape infra sex menses studebimus impetrare et acquirere nostris sumptibus et expensis. Ad huius rei robur etc.

XLIV. Sic princeps ad papam ut concordiam inter ipsum et Episcopum factam confirmet. Sanctissimo in christo patri ac domino suo etc. Memoria memori memorantes illud dictum egregium. Pronior est dominus ad dandam veniam quam peccator ad recipiendam eam. Solabamur de immensitate dilectionis ineffabilis summi dei, cuius amminiculo plenius informati, et in fide catholica qua sumus enutriti forcius roborati, noxas terminum cupientes euitare quibus dominum deum nostrum profitemur offendisse. Paternitatis vestre inmensam clemenciam duximus presentibus exorandam manibus conuolutis, huiuslibet precibus et deuotis, desperacionem a nobis prorsus amouentes pacem concordiam amicabilemque componi inter nos et dominum episcopum reuerendum patrem nostrum factam et ordinatam mediantibus viris prouidis et honestis vestris patentibus literis dignemini confirmare, vt eadem composicio robur perpetuitatis debitum sorciatur in eadem confirmacione seriem confirmacionis nostre inserentes. Speramus siquidem, quod concordia vestris instrumentis roborata inuiolabilis et inconwlsa perpetuo permanebit, vbi etiam sententiam inseratis, ne nos vel nostri successores seu heredes aliquid contra ecclesiam attemptare presumamus.

XLV. Item inuitacio uobilium ad concordiam. Que quanta quot et qualia ex nostrorum ac vestrorum sedicione subditorum, scelera sint peracta, non breui cartula sed prolixi biblioteca vix potuerit explicari sunt castra diruta, domus incense arua

depopulata, coloni propriis laboribus impediti, rapina furta homicidia et cetera quod tedium est enarrare sunt perpetrata. Quocirca valde nobis est verecundia, ne districtus arbiter de nostris manibus hoc requirat. Rogamus ergo et monemus, quatenus diem complanacionis quocumque vobis visum fuerit, nobis prefingere studeatis, scientes nos ad eundem omni mora postposita pro discordia prefatorum in concordiam conuertendo declinare.

Rescriptum. Quanta mentis affectione et cordis amabili deuocione, amonicionis vestre litere a nobis sint recepte non vllo stilo, sed vix archano pectoris consilio poterit perscrutari. Huiusmodi namque dulcia tanti sermonis eloquia necnon salubria documenta non ab homine sed a deo nobis fore credimus reuelata vt videlicet propheta dicere valeamus, ignitum eloquium tuum vehementer et seruus tuus dilexit illud, quum nos ipsos conscientia super inertie ac negligencie vicio reprehendit. Cum id erga vos dudum quidem aput nos mouere dignabamini, requirere, debeamus vestram prouidenciam obnixius precibus flagitamus, quatenus, diem placiti super causa nobis scripta, dominica proxima post Nativitatem domini venturam proxime in L. nobiscum dignemini celebrare, attendentes, si super utriusque partis discordia quidquam valeat pertractari.

XLVI. Promittit princeps ad terminum venire pro pace ordinanda sine fraude. Nos, dux talis scire cupimus vniuersos presencium noticiam habituros quod cum fidei puritate, totisque nisibus propter bonum pacis deliberato animo, ordinandum, consilio salubri sano et maturo, cum tali principe, ne idem princeps de vobis vel de nobis suspicionem aliquam uel ambiguitatis gerat scrupulum, fide bona cum laudamento promittimus pro nobis et pro nostris cum pace et tranquillitate sine doli fraudisque fomite ad talem terminum venire, ibique cum ipso prout ex altissimi prouidencia prouisum fuerit si possumus studebimus vniri perpetue concordie vnione, pacem et concordiam, terminum veniendo et redeundo fideliter et firmiter obseruantes, ad quem prefati domini ducis barones milites et allij dicioni ac potestati eius subiecti si vmquam pro aliquibus excessibus nostram offensam incurrerunt, si eis placebit venire possunt non pertimentes aliquam versuciam neque fraudem.

XLVII. Dat princeps securitatem alicui ad se veniendi et placitandi, et hec est forma communis. Nouerint vniuersi presentem literam inspecturi quod nos talis dux, tali principi

damus meram (?) plenam et omnimodam manum securitatis, ad nos veniendi standi nobiscum placitandi et ad propria redeundi sanis saluis et illesis omnibus rebus, omnique quam secum duxerit comitiua. Ad huius rei cautelam maiorem et euidenciam pleniorem presentem literam conscribi et nostri sigilli munimine iussimus communiri. Et pro maiori adhibicione fidei tales milites nostri ad eandem securitatem nobiscum ratam et firmam habere fideliter promiserunt. Datum etc.

XLVIII. Item alia forma assecurationis. Albertus dei gratia etc. dilectis Ch. et H. et alijs quibuslibet presentes literas inspecturis, salutem etc. Noueritis pro constanti quod reuerendo in christo patri episcopo presencium exhibitori commisimus, et eum affectuosis precibus induximus vt nostro nomine atque sub nostra securitate, ad nostram presenciam vos et quoslibet alios qui venire voluerint conducat, et quod nos ad maiorem vestre securitatis cautelam mente pura et intencione non ficta, tam nobis qnam alijs quibuslibet sub prefati domini episcopi ad nos venire volentibus plenam damus securitatem ad nos veniendi sub predicti domini episcopi ducatu standi nobiscum et ad loca vnde quisque venerit, remeandi saluis rebus vestris et eorum qui vos concomitabuntur, atque qnorumlibet ad nos sub predicti domini episcopi ducatu venire volencium, et ipsos concomitancium pariter et personis promittentes vobis vera fide et in anima nostra atque quibuslibet ad nos venire volentibus quod inueniendo ad nos sub predicti domini Episcopi ducatu, stando nobiscum, et ad loca vnde quisque venerit, redeundo, tam vobis, quam vos concomitantibus, nichil mali, nullum dampnum, nullaque violencia in personis aut rebus vestris et quorumlibet aliorum, sub predicti domini episcopi ducatu venire volencium, per nos aut nostros aliquatenus inferentur. Et quod de legalitate etc.

XLIX. Item assecnratio. Nos Albertus etc. notum facimus vniuersis tenorem presencium perspecturis, quod nos damus plenam securitatem, domino Ott. Karissimo affini nostro eundi in Wiennam feria sexta primo futura, ad egregium et prudentem dominum. f. talem standi ibidem cum eo ad locum vnde illuc venerit, redeundi saluis rebus suis, omniumque concomitantium pariter et personis. Promittentes vera fide quod ipse dominus Ott. et hij, qui eum concomitabuntur per nos vel nostros fideles in personis et rebus eorum nullum dampnum nullumque dispendium patientur in ueniendo

Wiennam, ad dictum dominum f. stando cum eo et ad propria remeando. In cuius zc.

De treugis.

L. Sic principes statuunt treugas inter se. Nos talis dux scire cupimus vniuersos presencium notitiam habituros, quod omnis dissensionis et discordie mitigare et sopire cupientes rabiem importunam et infestam, honori rebus corpori et anime, cum tali principe cuius gades et termini, termini scilicet propingui terre nostre, treugas firmas ordinauimus et statuimus inconuulsas, et inviolabiles, ratas et gratas habituri usque ad talem diem proxime affuturam, quas promittimus inuiolabiliter pro nostra parte obseruare prestito fidei sacramento. Quibus durantibus si per aliquem de nostris aliquid formatum violatum fuerit per aliqua damna uel detrimenta quocumque modo illata, eidem principi siue terre sue mediantibus probis viris et ydoneis studebimus reformare condignam satisfactionem pro deperditis impendendo. Vt hec treuge firmiores perseuerent ad tempus prenotatum castra nostra vel municiones tales eidem principi duximus obligandnm, que per suos gubernabuntur et reguntur, donec siquid deformatum fuerit vt supradictum est emendatum fuerit condigna satisfaccione congrua et competenti. Ad huius rei cuidenciam zc.

LI. Itam alia forma de eodem. Nos talis etc. tenore presencium declaramus, quod cum nos in festo beati Galli proxime affuturo, cum Illustri tali principe super concordie et dilectionis vnione inter nos inuicem solidanda, et pacis federibus firmatum funiculis forcius colligandis, conuenire de baronum nostrorum consilio intendamus, vt offeratur ab utriusque aspectu, desiderate concordie visionis tractatus, et amica colloquiorum fruicio hinc et inde, quod quedam preparacio et intermedia mutui sit amoris cum domino. P. tali episcopo, ob parentum instancias diligentes, tum propter affinitatis tum propter consanguineitatis nexus. quibus nobis velit is duplici coniunccionis brachio connecti que aput nos in hac parte exaudicionis effectum inuenerunt, treugas duximus admittendas vsque ad terminum prelibatum. Talibus quippe condicionibus adiectis, quod treugis talibus pendentibus idem P. municiones quas habet in eo statu per omnia a quo eas nunc possidet a treugarum institucione presencium vsque ad exitum earundem libere et quiete debeat possidere, et

quod ad nulla nos medio tempore extendemus. que ipsius P. et fautorum preiudicium parare videbuntur, et dominus P. vice uersa tam contra nos quam contra dilectos nobis a. et b. tales comites in terris nostris bona habentes, ac vniuersos fautores et fideles nostros, pacis quiete et treugarum federa inuiolabiliter obseruabit, nullis prorsus per se uel per alios nostra uel alia fautorum et fidelium nostrorum bona bellorum seu aliarum offensarum insultibus infestando. Si autem treugarum statutis relictis, contra nos et nostros iam contrarium, moliretur treugis durantibus supradictis, econtra contra ipsum et suos fautores nostras et nostrorum iniurias propulsabimus iuxta posse, et nichilominus predictus rex O. contra eundem P. sue potencie viribus tenebitur nos iuuare. In cuius rei euidenciam zc.

LII. Item alia forma de eodem. Nos dei gratia zc. Istius scripti teuore notum facimus vniuersis tam presentibus quam futuris, quod nos treugas statuimus et ordinauimus inter dominos B. inclitum ducem talem et filios eius ex vna parte et nos ex altera seruandas vtrimque a dato presencium vsque ad festum beate Margarete, primitus affuturum ita quod totus dies ipse, videlicet festiuitatis sancte Margarete, cedat ipsis treugis, et inter ipsarum treugarum dies debeat numerari, et quod infra prefatas treugas nichil penitus dampni uel preiudicij ab alterutra parte debeat attemptari, sed sint penitus in tranquillo. Includentes eisdem treugis omnes comites talis terre, ceterosque amicos consanguineos et auxiliatores atque fautores, ac homines et terras ipsorum, nec non homines et terras nostras, ita quod nichil penitus dampni molestie uel preiudicij per prefatos duces, nobis et nostris terris et hominibus ac prefatis dominis et hominibus atque terris ipsorum quas includimus fiat uel fieri procuretur per se uel interpositam personam infra treugarum spatium prenotatum. Similiter pro parte nostra ac prefatorum omnium promittimus vt nichil nocumenti preiudicij uel grauaminis procuretur, per nos prefatos omnes aut per aliquam interpositam personam, sed pocius treugarum ipsarum tempore sit pax tranquilla, assecuramus etiam per presentes dictos dominos duces pretaxatos, vt ijdem infra prefatas treugas, ad nos se personaliter transferre valeant, stare nobiscum, tractare de pace et ad propria remeare, saluis personis eorum et comitatu ipsorum omnium atque rebus. siue idem dominus B. cum omnibus filijs venerit uel cum quibusdam ex hijs promittentes eis sub bona fide nostra, quod eisdem dominis B. et filijs suis, siue eciam

cum quibusdam venerit siue cum omnibus, aut comitibus suis, in veniendo ad nos staudo tractando nobiscum et remeando nichil nocumenti uel iniurie inferetur, sed salui et securi penitus permanebunt et ad propria saluiis personis pariter et rebus remeabunt. In cuius rei etc.

LIII. Item super obseruacione treugarum concessio. Albertus dei gracia zc. dilecto sibi. T. zc. noticiam subscriptorum. Precibus nostrorum fidelium amicorum tuorum qui nostram circumstant presenciam, et hon. viri abbatis talis, benignius inclinati, pro parte nostra . . . . et domini. P. talis (et z.) tecum treugarum iniuimus federa vtrimque a dato presencium vsque ad festum Penthecostes primo futurum inuiolabiliter obseruanda. Promittentes vera fide quod infra prescriptum tempus, per nos dictos P. et Z. uel alios fideles nostros aut homines ipsorum tibi atque tuis hominibus in personis uel rebus nullum malum, nullum dispendium imminebit immo penitus secure et illese poteris tam in bonis quam in bominibus tuis per idem spacium temporis permanere, atque si prudens fueris nostris te mandatis atque beneplacitis conformare. Scias etiam quod mandauimus dictis purchrauijs, qui tecum treugas per predictum tempus teneant et obseruent sicut nostram gratiam diligunt et fauorem, et quod si qui ex hominibus tuis quos captiuauerunt pro sua redempcione pecuniam promiserunt et fideiussores statuerunt, dictam pecuniam, cum exigatur ab ipsis fideiussoribus per treugarum spacium predictarum, nec non et quod tuum filium custodia teneant sub honesta, sub nullo indecenti grauamine molestantes. Hec autem omnia eatenus valere volumus, si tu ex parte tua infra prescriptum treugarum tempus nullum dampnum nullumque dispendium per te uel tuos nobis, dictis purchrauijs aut alijs fidelibus inferes uel fueris machinatus. alioquin dictas treugas vires nullas volumus obtinere. Volumus etiam ut infra dictum treugarum tempus nostram presenciam adire secure debeas et nobiscum tractare qualiter nostre gratie valeas reformari. Sciens quod in veniendo ad nos stando nobiscum et ad propria remeando nullum tibi dampnum nullumque periculum imminebit.

LIV. Item promissio super treugis statutis obseruandis.

Waffenstillstand zwischen K. Wenzel von Böhmen und Burkhard von Janowic, k. Oberathofmeister und seinen Anhängern durch Vermittlung K. Rudolfs von Habsburg, geschlossen 1284, Anfang April[1]).

[1]) Vergleiche hierüber Palacky II, 1, p. 316 u. ff. u. p. 318, Note 409.

Nos W. etc. notum facimus vniuersis tenorem presencium perspecturis. quod nos promittimus sine omni dolo et caprione tam pro nobis quam pro vniuersis et singulis consiliarijs, baronibus nostris et quibuslibet nobis adherentibus seruare treugas secundum quod statuit eas serenissimus dominus et pater noster. R. rex Romanorum usque ad octauas Penthecostes primo futuras cum Purchardo de L. et Ber. de L. et ceteris adherentibus eisdem. Ita tamen quod per prefatos et quemlibet prefatorum fideliter sine omni dolo dicte treuge usque ad predictas octauas obseruentur, et quod quilibet ex prefatis det nobis infra hinc et feriam quartam post conductum pasche, primo futurum proximo sequuturum patentes literas quibus promittat vera fide, quod dictas treugas inuiolabiliter vsque ad predictum terminum obseruabit sui sigilli . uel . . . uel . . . munimine roboratas. Quicumque vero literas predictas suo sigillo vel alicuius ex predictis munitas infra hinc et predictam feriam quartam nobis non dederit, ab istis treugis exclusus et alienus penitus habeatur. Quicumque etiam de consiliarijs nostris fidelibus atque nobis adherentibus, dictas treugas non obseruauerit, tunc. H.[1]) dapifer noster et P. intrabunt infra VI. dies a die monicionis que fiet eis ciuitatem Wiennensem, non exituri de ea donec ille qui treugas violauit satisfaciet prout decens fuerit atque iustum. Quod si forte satisfacere noluerit tunc debet infamis periurus et exlex ab omnibus reputari, et a nobis et ab omnibus hijs quibus idem violator treugarum prius adherebat utpote infidelis et exlex euitari, et nos et ijdem omnes quibus prius ad heserat eum velut inimicum et violatorem pacis atque concordie persequentur, Et nichilominus dicti H. dapifer et P. antequam ciuitatem Wiennam exeant satisfacient pro eodem. Si vero aliquis ex predictis cum quibus dictas treugas seruare promisimus, aut ipsis adherentibus treugas predictas violauerit, tunc Purchrauius[2]) de L. et Ber. de L. intrabunt infra VII. dies a die monicionis que fiet eis Ciuitatem Pragensem non exituri de ipsa donec ille qui treugas violauit satisfaciet prout decens fuerit atque iustum. Quod si forte satisfacere noluerit tunc debet infamis periurus et exlex ab omnibus reputari, et illi quibus idem violator treugarum adherebat eum uelut inimicum et uiolatorem pacis persequentur, et nichilominus dicti Purchrauius et Ber. antequam Ciuitatem

[1]) Hynek v. Duba?

[2]) Soll wahrscheinlich heissen Purchardus.

Pragensem exeant satisfacient pro eodem. Hoc etiam est adiectum quod infra predictum treugarum tempus, nulla de nouo municio debeat erigi, nec prius erecta destrui sed sic vt nunc per predictum treugarum tempus integra debeat remanere. Si vero vnus ex illis qui intrare debuerunt ciuitatem Pragensem sufficiens fuerit facere satisfieri tunc ille solus intrabit ciuitatem predictam non exiturus de ea donec leso fuerit satisfactum, et alij intrare non tenebuntur nec debent. Si etiam leso satisfiet per aliquem de prenominatis uel per omnes etiam antequam ingrediantur ciuitatem ingredi ob eam causam et ea vice nullatenus tenebuntur. Si autem vnus non sufficeret facere satisfieri uel antequam ingrediantur ciuitatem Pragensem leso satisfactio non fieret, tunc omnes, qui nominati sunt, intrabunt dictam ciuitatem ad satisfaciendum leso prout est superius prenotatum. Preterea omnes illi qui castra seu beneficia ad nos pertinencia possident atque tenent, et non impediantur per nos aut nostros in eisdem infra tempus treugarum superius prenotatum. Insuper quicumque ex prenominatis qui de aduersa nunc nobis parte censentur occupauit a festo beati Martini primo preterito vsque ad presens tempus bona nostra uel monachorum uel alterius cuiuslibet statim tenetur et debet resignare. Si vero tempus treugarum finire contingeret antequam leso satisfactio preberetur volumus nichilominus, quod illi qui de dicta parte ad satisfactionem faciendam prenotati sunt ingrediantur ciuitatem Pragensem, atque in ea morentur, donec satisfactum leso fuerit secure et ad loca vnde venerunt redeant sub nostra fide atque baronum et fidelium nostrorum securitate saluis rebus eorum et eos concomitancium pariter et personis, ad hoc de nouo nulla municio infra predictarum treugarum tempus erigetur ab aliquo, sed ille qui a festo beati Martini primo futuro usque ad hec tempora sunt erecte integre remanebunt. Datum etc.

LV. **Perpetua vnio concordie inter principes.** In nomine domini amen. Nouerint vniuersi presentes et posteri presentem literam inspecturi, quod nos talis dux reducentes ad memorie tenacis cellulam illud dictum sapientis. Cum hominibus habe pacem cum vicijs bellum, et per hoc omnium bonorum principium, videlicet nodus sincere caritatis roboretur et firmetur, qua sine omnium virtutum genera tepent, et arescunt, post multas inenarrabiles discordias controuersias discidia et altercaciones inter nos ex vna parte et talem principem vicinum nostrum ex altera altrinsecus exortas ad

pacem perpetuam et ad concordie inuiolabilis decreuimus deuenire vnionem, quam fide bona firmam ratam et inuiolabilem seruare ac tenere promittimus prestito fidei sacramento, ac sacrosanctis ewangelijs manu tactis, huic pene, seu nomina nostra infamie, nos submittentes, si vmquam eandem pacem siue concordiam violauerimus et infringerimus nostra voluntate, tunc debemus infra spacium vnius mensis ad satisfactionem competentem nos exhibere, ad quam si paratos et promptos nos non exhibuerimus, extunc aput principes vicinos et quosque homines reputabimur violator promissi periurus et infamis. Addicimus etiam in hijs scriptis, vt tales milites nostri qui nobiscum eandem pacem et concordiam promiserunt ciuitatem talem intrent, deinde non exituri nisi de licentia eiusdem principis speciali uel quam diu per nos non fuerit satisfactum. Qui etiam suis literis nos monere debent ad satisfactionem competentem, quorum moniciones salubres si non curauerimus, eius dominio erunt perpetuo obligati seruicijs et astricti cum castris et municionibus quas ex parte nostri habent se omnimode ad ipsum conuertentes, ad cuius rei etc.

LVI. Item pacis reformatio.

Der Burggraf Friedrich von Nürnberg bestätiget den erneuerten Friedensabschluss zwischen dem römischen Könige Rudolf und König Ottokar, 6. Mai 1277[1]).

Nos f. purchrauius de N. procurator et nuncius specialis domini R. illustris Rom. regis semper augusti, significamus tenore presencium vniuersis, quod nos cum domino B. venerabili episcopo Olomucensi, Zmilone purchrauio in L. plenum mandatum habentibus, ab eodem post multos tractatus hinc inde super pace reformanda habitos voto pari et consensu vnanimi, sicut placuit pacis auctori, pacem amicitiam et vnionem indissolubilem et perpetuo duraturam ordinauimus statuimus et aprobauimus inter dominos nostros Romanorum et Boemie reges illustres sub modis paccionibus seu condicionibus in iam dicti domini Boemie regis patentibus et autenticis literis comprehensis, quarum tenor talis est „Nos Otackerus dei gratia Boemie rex etc. Vt igitur premissa vniuersa et singula per supradictos dominos et nos promissa, nec non prouide et sine rapcione qualibet salubriter ordinata,

[1]) Mutatis mutandis vollkommen gleichlautend mit dem bei Gerbert C. ep. auct. dipl. 202 abgedruckten Gegeninstrumente des Bischofs Bruno v. Olmütz etc. 6. Mai 1277.

statuta approbata et firmata, ampliore robore solidentur presentes literas in testimonium omnium prescriptorum appensione sigilli nostri fecimus et placuit communiri, Data Wienne etc.

LVII. Promissio super pace ordinata seruanda.

K. Ottokar bestätiget den mit dem römischen K. Rudolf geschlossenen Frieden. 6. Mai 1277[1]).

LVIII. Pronunciacio arbitrij super concordia inter principes.

Friede, geschlossen zwischen den Bevollmächtigten des römischen Königs Rudolf und K. Ottokar (21. Nov. 1276[2]).

LIX. Compromissio in arbitros super lite sopienda.

Albert Graf von Görz unterwirft sich in seinem Streite mit dem Patriarchen Gregor von Aquileja, dem schiedsrichterlichen Ausspruche des K. Ottokar von Böhmen und des Erzbischofes Wladislaus von Salzburg 1267[3]).

Nos Albertus comes Goricie Aquilegiensis advocatus vniuersis notum facimus tam presentibus quam futuris quod super facto captiuitatis, reuerendi in christo patris dm. Gregorii dei gratia

---

[1]) Abgedruckt bei Boczek IV. Pag. 193. Pertz Monom. IV, 415. Gerbert cod. 204, ex orig. Viooo.

[2]) Palacky II, 248. Boczek, l. c.

[3]) Gregor von Montelongo, Patriarch von Aquileja gerieth bei der Belagerung von Justinopolis (Capo d' Istria) in die Gefangenschaft des Grafen von Görz. Die Bemühungen des Königs Ottokar von Böhmen und des Erzbischofs von Salzburg Wladislaus, verschafften ihm endlich wieder die Freiheit, nachdem er jedoch vor seiner Freilassung sich der schiedsrichterlichen Entscheidung der genannten beiden Vermittler unterworfen hatte. Rubeis pag. 752. „Initis „conventionibus, operamque maxime suam praestantibus Otochoo Boemiae „rege, et Uladislao archiepiscopo salisburgensi libertate patriarcha donatus. „Juliani verba sunt Gregorius patriarcha aquilegensis anno 1267, die quinta „exeunte Augusto (27) exivit captiuitatem dicti comitis Alberti Goritiae et con„ductus fuit civitatem procurato tamen per Venerabilem patrem Uladislaum „archiepiscopum Salzburgensem cum ipso domino patriarcha, dum erat in „capitivitate et cum Forojoliensibus ex parte una, et cum dicto comite ex „altera, quod fuit per partes compromissum in ipsum archiepiscopum, et do„minum regem Boemiae, et postea confirmatum.

Chron. Salisburg etc. Wie sehr Ottokar beigetragen haben musste, ist aus dem Briefe Papst Clemens IV., vom 30. September 1267, (Palacky Gesch. II., pag. 206, Note 265) zu entnehmen. S. auch Raynald XIV. 1267. pag. 47.

Gregor von Montelongo starb 1269, 8. Sept.

sancte sedis aquilegiensis patriarche, et super concordia e pace inter ipsum dominum patriarcham et ecclesie aquilegiensis devotos et fideles, et inter nos nostrosque complices et fautores, dilectum dominum f. de Cauriaco, Dietricum et Henricum fratres de villaeo, et dominum Jacobum de Regeu, et Iustinopolitensem comunitatem, et alios quoscumque nostros complices et fautores, perpetuo tenenda, et super restitutione nostra et dictorum complicum et fautorum facienda, in statum pristinum, in quo ante captiuitatem ipsius domini patriarche fueramus constituti, et super renunciacione inpeticionis seu actionis que ipsi domino patriarche et suis successoribus seu capitulo aquilegiensi, accione huiusmodi captiuitatis circa nos et nostros complices et fautores, ex lege uel ex canone competere

Gegeninstrument des Patriarchen Gregor von Aquileja.

Nus Gregorius dei gratia Sancte Sedis aquilegensis Patriarcha. Uniuorsis nntum facimus tam presentibus quam futuris qund super factn nostre captiuitatis, st super cnncurdia ot paca inter nns ot nnstrns ex una parte, et ex sitara intar Nnbilem virum domioum Albertum Comitem Gnricia et compiices suns scilicet dnminum Fedaricnm de Cauriacn, dietaimom et Henricum de Vilalta et dominum Jacobum de Ragnnia at aiios dicti Comitis cnopiices et fautnres porpetuo tanenda et super restitutinne ipsius Comitis at suorum conpiicum et fautorum in statum pristinum facieoda, in qnn ante captiuitatem nnstram ijdem erant cnnstituti in quorum cnnplicum et fautnrum numero Justiunpolitana commuoitas est inciusa, et super renuntiatione impetitinois seu actinnis que nobis at nostris anccessoribus et ecciesia Aquiiegensi occasione huiusmodi captiuitstis nostre contra dictum Comitem et prefatns iiiius cnnpiices at fautnres ex iege et ex canooe coupetere dignoscitur in hoc factn et super uoiuersis iniuriis, uioientiis, grauamiuibus atque dampnis, que uel quas idem cnnes conplices et fautores sui predicti captiuando personam nostram nobis et ecciosie Aquiiegensi eiusdemque ecciesia fideiibus et deuntis irrogarunt. Nos sicut et ipsa Comes in Magnificum uirum dominum Ottacarum Illustrem Regom Boeoiie, ducem Austriaa et Stirie. Marchionem Morauia et in Reuerendum in christo patrem dnminum Wladislaum ecclesio Saizeburgensis archiepiscopum tanquam in arbitrns siue amicabiies cnnpositores coocnrditer compromisimus sub ıostu pene inferius aunotate, promittentes quod illnrum uerbnot ordinatinni siue amicabili cooposítioni absque cuiusque cnntradictionis et diiatinnis obstacuin stabimus et obediamus quam iidom dnminl Rex, st Archiepiscupus super prefatis omnibus inter ons et nnstros ecciesiamque nostram sx una parte, ot eundem dominum Comitsm sunsquo Coopiices et fautnres memnratos sx aitsra duxerint statuendam. deinde Nos etiam compromisimus in dictos dnminns Regem et Archiopiscnpum tamquam in arbitros et amicabiies conpnsitores promittentes qund ad eorumdem arbitrij sententiam et ordina-

dinoscitur in hoc facto, et super vninersis iniurijs violencijs grauaminibus atque dampnis, que vel quas, nos et nostri complices et fautores ipsi domino patriarche et ecclesie Aquilegiensi, necnon et eiusdem ecclesie fidelibus et deuotis irrogauimus personam ipsius domini patriarche captiuando, nos de fidelium et fautorum nostrorum consilio et bona voluntate, in magnificum virum dominum O. illustrem regem Boemie et in reuerendum in christo patrem dominum, Blodislaum, ecclesie Salzburgensis archiepiscopum, sicut et ipse dominus patriarcha compromisimus, tamquam in arbitratores siue amicabiles compositores, sub metu pene inferius annotate, promittentes firmiter et laudantes, quod eorundem dominorum, regis et archiepiscopi, ordinacioni obediemus, quam ijdem domini rex et archiepiscopus,

---

lionam super ontuersis granaminibus atque dampois et uiolentiis iurlbus el iniuriis quo uel quas per modum querimoniarum prefatus dominus Comes et soi memorati conplices et fautores eoutra nos siue nostros proponunt aut proponere decreuerint in futurum coram dictis dominis arbitris. aot coram illis qoos ad hoe ijdem arbitri deputauerint faciemns eidem domino Comiti et dictis suis conplicibus et fautoribus pro parte nostra et oostrorum conplementum institie uel conpositionem amicabilem eshibebimus quandocumque a dietis dominis arbitris fuerimus requisiti. Et autem hec singula et uniuersa que predixerimus per nos et nostros successores secundum formam superios anontatam conpleantor et ad effectum finaliter deducantur. Ecce pro metu pene qua eonpromissom nostrum ualianimos nos duo Castra ecclesie Aquilegensis uidelicat Glemonam atque clusam in prefatorum dominorum Regis et Archiepiscopi potestatem tradidimus et illis eadem loco pignoris obligauimus remanenda tam diu in illorum potestatem quamdiu per nos nostrosque successorea ot predietum est finaliter omnia conpleantur Verum si forte in hac parte nos oel nostri successores inuenti fuerimus contrarij uel rebelles eadem castra extuoc in potestatem dieti Comitis debent tradi. et ipse dominua Rex contra nos seu successores nostros in prestando auxilio adherebit demum nos etiam promisimus bona fide qood sine omni fraude tam apud sedem apostolicam. quam apud dominos Cardinales et alios uniuersos amicos nostros in Romana Curia existentas toto ingenio et posse nostro fideliter laborabimos pro obtinenda escommunicationis absolutione qua memoratus dominns Comes et sui conplices et fautores huiusmodi nostre captioitatis pretextu dignoscentur ex canone late sententia ionodati et prelibata Castra nostra debent taio diu in sepe dietorum dominorum Regis et Archiepiscopi potestate remanare quam diu eiusdem excommunicationis absolutio apud sedem Apostolicam uel eiusdem sedis legatos habentes super hoc plenitudinem potestatis per nos uel nostros successores siue per Capitulum nostrum impetrata non fuerit uel obtenta. Obligauimus uero in hunc modum Castra memorata quod per dictos

super prefatis omnibus articulis inter nos et nostros compliees et fautores ex vna parte et inter ipsum dominum patriarcham et ecclesie aquileg. fideles et deuotos ex altera, duxerint statuendam. Promittimus etiam quod omnem satisfactionem quam ijdem arbitratores nobis et nostris complicibus et fautoribus iniunxerint, sine contradictione qualibet adimplebimus sub metu pene inferius anotatae. Dein nos etiam et dicti nostri complices et fautores compromisimus, in dictos dominos regem et archiepiscopum, tamquam in arbitros siue amicabiles compositores, promittentes sub eadem pena inferius annotata, quod super vniuersis grauaminibus atque dampnis violeneijs iuribus et iniurijs que vel quas, per modum querimoniarum prefatus dominus patriarcha uel sui successores aut capitulum aquilegiensis ecclesie siue ipsius fideles ecclesie ac deuoti, circa nos aut nostros

---

dominum Regem at Archiepiscopum presens negotium infra pasca de Madio siue festum pentecostes proximo uenlurum debeat terminari. nisi eaosa nel exeusalio legitima occurrerit que possit legitima reputari. El quia super premisis omnibus articulis qui continentur in conpromisso presenti capitolum Aquilegensis ecclesia suum consensum prebuit et assensom adbibuit et suam bonam noluntatem ad maiorem eoidentiam et cautelam presens instromenlum conscribi fecimus et nostri et ipsius Capituli sigillorum pendentium munimine roborari.

Ego fantabonus dietus bonattus Imperiali Auetoritaie Notarius hiis omnibus presens inierfui et omnes prenolatos et singoios artieuios iussus a supradicto domino Gregorio Sancte Sedis aquilegensis patriarcha, apud Ciuitatem Austrie in camera sua in plena libertate constituto, non coacto, non conpulso set motu proprio et propria libertate fideliter scripsi et uidi et audioi quod dietus dominus patriarcha promisit dicto domino Wlodislauo Archiepiscopo Saizeburgensi recipienti pro se et uice et nomine supradieli domini Otaccari Illustris Regis Boemie per se suosque successores liberos et ministeriales, Capitulum predictum aquilegensis ecclesie, conplices et fautores et homines suos attendere per omnia et seruare prout superios soni expressa. Acta sunt hec apud Ciuitatem Austrie in paliatio ipsius domini patriarche in Camera sua ubi sedebat idem dominus patriarcha. Sub anno domini Mill°. CC^mo^. Sexagesimo. Septimo Indictionis decime die quinto exennte Augosto presenlibus venerabili in christo patre domino Alberto Concordiensi Episcopo. Capitaneo generali totius tarre fori Julij. fratre Rudolfo quondam minlstro frairum minorum per Marchiam Taruisinam dominis Sublimano Judici. Aijcardino litoifi ambaxiadoribus paduanis. Marsilio Notario eorundem, magistro henrico Canonico frisingensi, domino Courado plebano de Aijburch domino Rodingerio de Adenrayn. nonciis Illustris Regis Boemie. domino Siorido de Merenberch dominis Johanne de Cocanna Asquino de varmo. ministerialibus Aquilegensis ecclesie testibus ad hoc conuocatis et alijs quam pioribus.

heredes uel homines aut prefatos complices et fautores nostros coram dictis arbitris, aut coram illis, quos ijdem arbitri ad hoc deputauerint duxerint proponendas, complementum iusticie uel composicionis amicabilis exhibicionem faciemus, secundum eorundem arbitrorum sententiam et ordinacionem, et dicti dominus patriarcha uel sui successores seu capitulum aquilegiensis ecclesie siue ipsius ecclesie fideles et deuoti, nobis et nostris complicibus et successoribus idem faciant e conuerso. Vt autem hec singula et vniuersa prenotata per nos uel heredes et homines seu complices uel fautores nostros quemadmodum supradictum est, ad effectum finaliter deducantur ecce pro metu pene qua nostrum compromissum vallauimus in eorundem dominorum regis et archiepiscopi potestatem tradimus duo castra nostra videlicet Goriciam, et Lansperch, et eadem loco pignoris ipsis obligauimus remanenda, tam diu in illorum pace quam diu per nos et heredes uel homines seu complices et fautores nostros omnes articuli prenotati, ad dictorum arbitrorum sententiam et ordinacionem fuerint in ordine non completi. Verum si in hac parte nos seu heredes uel homines siue nostri complices et fautores inuenti fuerimus contrarij uel rebelles extunc eadem duo castra nostra in aquilegiensis ecclesie potestatem debent tradi, et ipsi dominus rex et archiepiscopus circa nos siue heredes uel homines siue complices et fautores nostros, ipsi domino patriarche suisque successoribus et capitulo Aquilegiensis ecclesie, atque ipsius ecclesie fidelibus et deuotis, in prestando auxilio adherebunt; obligauimus autem in hunc modum prelibata castra nostra, quod per dictos dominos nostros regem et archiepiscopum presens negocium infra pascha de madie siue penthecostes proximo venturum terminari debeat, nisi causa uel excusacio legittima occurrit, que possit legittima reputari. Ad maiorem autem euidenciam et cautelam presens instrumentum conscribi fecimus et sigilli nostri pendentis munimine roborari. Ego P. z. sacri Imperii publicus notarius, hijs omnibus presens interfui, et omnes prenotatos et singulos articulos iussus et rogatus a supradicto comite Goricie domino Alberto fideliter scripsi, et vidi et audiui quod dictus dominus Albertus comes data fide manuali vice sacramenti in manus supradicti domini Blodislai archiepiscopi Salzburgensis recipientis pro se, et vice et nomine supradicti domini Otackari illustris regis Boemie promisit pro se suosque heredes homines et complices et fautores attendere per omnia et seruare prout superius sunt expressa. Actum etc.

LX. Item protestacio compromissionis in arbitros, que forma potest applicari ad diuersa.

LXI. Confirmatio composicionis pacis et concordie formate et transcripti (?sic) continens.

K. Ottokar bestätiget den zwischen Markgraf Otto v. Brandenburg und Herzog Heinrich v. Breslau geschlossenen Vergleich.

Nos O. etc. notum fieri volumus vniuersis tenorem presencium inspecturis, quod illustres principes, dominus Otto inclitus marchio Brandenburgensis, karissimus auunculus noster, et dominus H. inclitus[1]) dux wratislawiensis noster consangnineus karissimus cupientes vt composicio, paccio siue conuentio pacis et concordie inita inter ipsos, de eo videlicet quod prefatus dominus O. marchio bona grata et spontanea voluntate sua indulgens fideliter pure et sincere, ex animo remisit, domino H. prefato duci, omnia dampna, que occasione ipsius domini ducis, necnon et domini W. patrui ipsius olim archiepiscopi Salzburgensis ac terrarum prefatorum ducis et archiepiscopi vnquam idem marchio pertulit seu cuiuslibet alterius rei prope eosdem ducem et archiepiscopum homines terras ipsorum, et de promissionibus quas eidem domino duci fecit, secundum quod in transcripto instrumenti ipsius marchionis, quod hic denotari fecimus continetur, et de pecunia quam idem dux promisit in restaurum dicto marchioni exhibere pro remissione prefata, ac de obligatione castri Crozne et ciuitatis, cum omnibus bonis et attinentijs suis, facta per eundem ducem dicto marchioni pro prefata pecunia, quam idem dux ut dictum est eidem marchioni promisit, stabilis maneat atque firma, nos attencius roga-

[1]) Heinrich IV., Sohn des Herzogs Heinrich III. und der Judith Tochter des Herzogs Conrad von Mazuvien.

Heinrich III. hatte in zweiter Ehe die Tochter des Churfürsten von Sachsen, welche nach seinem Tode 1275 sich mit Burggrafen Friedrich von Nürnberg vermählte. Sommersberg nennt sie Pag. 323 Agnes, Schilling in seiner Geschichte des Hauses Hohenzollern aber Helena. Boleslaus II., der Kahle, Herzog von Liegnitz, Heinrich III., Herzog von Breslau, Konrad II., Herzog von Glogau und Wladislaus Erzbischof von Salzburg und nach Heinrich III. Tode Vormund dessen Sohnes Heinrichs IV. waren Brüder, Söhne des Herzogs Heinrich II., des Frommen von Niederschlesien.

Dieses Letztern, der in der Schlacht gegen die Mongolen 1241 9 April bei Liegnitz gefallen war, Gemahlin war Anna, Tochter Königs Przemisl Ottokar I. von Böhmen, Vatersschwester Ottokar's des II.

uerunt et petiuerunt instanter ut faceremus de ipsa nostras patentes literas fieri, et tenorem ipsius conuencionis secundum in instrumento dicti marchionis continetur expresse super eodem facto, eisdem nostris patentibus inseri literis et describi. Nos autem ipsorum peticionibus annuentes presentes fieri fecimus et tenorem atque continentiam dicte conuencionis ex prefati marchionis instrumento de verbo ad verbum transumi transcribi et inseri in eisdem. Erat itaque instrumentum ipsum non abolitum non abrasum non cancellatum nec in aliqua parte sui viciatum sed in prima sui figura consistens, et tenor ac continencia eius talis, Nos Otto dei gracia marchio Brandenburgensis etc. (ut infra in proximo subnotatur.) Vt autem hec omnia secundum quod in scripto marchionis instrumento sunt, robur valide firmitatis obtineant, et tam a dicto marchione quam a prefato duce inuiolabiliter obseruentur, ad ipsorum ducis et marchionis peticionem ut dictum est, presentes in testimonium fieri, et sigillis maiestatis nostre iussimus communiri, promittentes dicto marchioni awunculo nostro data fide quod si castrum et ciuitas Crozna cum attinencijs suis in die L. proximo ventura non fuerint assignata dicti marchionis hominibus, quos ad hoc decreuerit deputandos, vel ipsi domino marchioni, contra id impedientes sibi auxilium inpendemus, donec ei de dampnis que propterea passus fuerit fiat debita recompensa. In cuius rei etc.

LXII. Instrumentum super obseruacione pacis et concordie.

Vertrag zwischen Markgraf Otto dem Langen von Brandenburg und Herzog Heinrich IV. von Breslau. 1277. Mai — August[1]).

Nos Otto dei gracia marchio Brandenburgensis istius tenore pagine notum fieri volumus vniuersis tam presentibus quam futuris, quod solerti meditacione pensantes, quod inter alia quibus principis

---

[1]) Die Zeit der Ausstellung dieser Urkunde fällt in die zweite Hälfte des Jahres 1277.

Herzog Heinrich von Breslau IV. war als Kind seinem Vater Heinrich III., in der Regierung nachgefolgt. Nach dem Tode des Erzbischofs Wladislaus von Salzburg, der als Vormund für ihn die Regierung geführt halte, erbte er auch von diesem. Seine reichen Besitzungen, so wie seine Jugend waren den händelsüchtigen, immer sich gegenseitig befehdenden Herzogen von Schlesien willkommen. Boleslaus der Kahle, Herzog von Liegnitz, erhob sich zuerst, die gleichzeitigen Chronisten stimmen alle darin überein, dass Habsucht, die

alicuius presignitur insignitas, illud nobilioris quadam prerogatiua decoris resplendet si concordie ac pacis emulis, ad remittendum se prebet flexibilem, et dampnorum si qua pertulerit, si modo aliqualis fiat restauracio, efficitur quodammodo immemor ignoscendo, et si nec solum in eo se prebet facilem, sed etiam ad impensionem gratitudinis et fauoris, vt cum illustre viro domino H. inclito duce Wratislawiensi, zelatore pacis vniamur concorditer, et redeamus ad plene amicicie vnionem, per presens scriptum omnia dampna, que occasione ipsius domini H. prefati ducis wratislawiensis, necnon et domini w.

Begierde, Heinrichen seines Erbes zu berauben, das Motiv seiner Angriffe war. Boleslaus suchte sich zunächst der Person Heinrichs zu bemächtigen. Dies gelang ihm bald. Am 18. Februar 1277 wurde Heinrich durch die Leute des Boleslaus in Jelcze bei der Nacht im Schlafe überfallen, aufgehoben und auf Schloss Lehen gefangen gesetzt. Während der Dauer seiner Gefangenschaft suchte sich Boleslaus in den Besitz der Länder Heinrichs zu setzen. Die Anhänger des Letzteren widersetzten sich zwar, und es kam am 24. April zwischen den Breslauern und andern Anhängern Heinrichs und Boleslaus zur Schlacht. Obwohl selbst vom Schlachtfelde flüchtig, wurde der Sieg doch der klugen Führung seines Sohnes Heinrich zu Theil. Fünf Herzoge von Polen, Boleslaus der Schamhafte von Krakau, Boleslaus der Fromme von Kalisch, Przemisl von Posen und Gnesen Conrad von Glogau und Wladislaus von Oppeln standen auf Seite der Breslauer. Meissnische, bairische, schwäbische Söldner bei Boleslaus, Otto von Brandenburg, der den Moment für günstig hielt, erklärte sich neutral und schloss unter Vermittlung K. Ottokars von Böhmen den vorliegenden Vertrag mit den Baronen und Rittern Heinrichs, worin er sich mit dem Letztern über alle Streitigkeiten versöhnt, ihm alle Schäden, die er und sein Oheim und Vormund ihm einst zufügten, erlässt, und ihm verspricht, seine Feinde nicht zu unterstützen, seine Freunde nicht zu belästigen. Dafür gibt ihm der Herzog 3500 Mark Silber, brandenburger Gewicht, nach einem bestimmt ausgesprochenen Cours, zahlbar in Terminen, da die Anhänger Heinrich's aber die Summe in Baarem nicht leisten konnten, so verpfändeten sie die Stadt Crossen mit der Bedingung, dass wenn die ersten zwei Termine nicht eingehalten würden, der Markgraf zuerst das Geld unter gewissen Bedingungen aufnehmen darf, endlich aber nach Ablauf einer bestimmten Frist ihm die Stadt und das Schloss als wahres Eigenthum zufallen solle. Nicht zufrieden indessen mit der brieflichen Versicherung der Breslauer und der Zustimmung des Herzogs, verlangte Markgraf Otto eine feierliche Bestätigung per literas patentes des mächtigen und für Schlesien maassgebenden Königs von Böhmen Ottokar. Diese Bestätigung Ottokars ist gewiss gleichzeitig mit der Ausstellung der eigentlichen Vertrags-Urkunde, und zweifelsohne in der Zeit erflossen, als sich Ottokar bei den Herzogen von Polen im Jahre 1277 befand. Das Chronicon Claustroneoburg. bei Rauch I. 111. ad ann. 1277

patrui sui olim Salzburgensis archiepiscopi, et terrarum ipsorum ducis et archiepiscopi vnquam pertulimus, seu alterius cuiuslibet rei propter eosdem homines et terras ipsorum, de bona grata et spontanea voluntate nostra, prefato domino duci wratislawiensi remittimus fide pura et intencione non ficta, et omnem rancorem quem hucusque habuimus contra ipsos, ipsi domino duci promittentes quod nullos inimicos, emulos, uel aduersarios ipsius domini ducis wratislaw. iuuabimus contra ipsum, nec promouebimus eos, neque ipsis astabimus consilijs aliquibus, auxilio uel fauore nec non et quod

---

gibt an: Primizlaus vel Otakaras et Duces totius Polonie circa metas suas pacifice coovcoleotes, de auxilio sibi mutoo praestando fedus iuramentis prestitis inieruot.

Nach Dolineŝs Uotersuchungeo Cod. epist. 82, bleiben für Ottokars Aufeothalt zu Troppau oor Ende Mai und die Mooate Juoi ood Joli übrig. coof. etiam Kopp.

Stenzel, Dr. Gustav, „Scriptores reraoı silesiacarom" oder Sammlang schlesischer Geschichtsschreiber, Namens der schlesischen Gesellschaft für vaterländische Cultur; herausgegeben von — Breslao Joh. Max et Comp, 1835, Tom. I, pag. 110.

Pag. 110. (1270, 27. April) ex Chronica principam Poloniae, (ein Abdruck bei Sommersberg I, pag. 2.)

Postea vero, Wladislao archiepiscopo Salczburgeosi defuncto, a sais eciam intoxicato Slesitis et in Salizbarg tumolato, Heinricus quartus, filias Heiorici tercii Wratislaviensis dacis, adhuc poer, matre sua defuncta et in Treboltcz jam sepolta, Wratislaviensis suscepit gubernacula terre, jam optime locate. Nec quemqoam hoc lateat, quod pater ejus, tercius Heioricas, post mortem matris istius qaarti Heinrici, aliam saperdaxerat, filiam videlicet dacis Saxooie qae postea oapserat Bargraoio Nareobargeosi. Bolaslaus aatem Legenicensis dax invidens puaro, tum proptar porcionem Wladislai Salczhargeosis archiepiscopi oooc defuncti, qae ad eam devoluta est, tam propter terram per patrem pueri hanc locatam uoa cum filio suo Heiorico dolose de poeri captiaitate tractauit. Et pro voto machinaciools soe, qaibasdam haronibas paeri propter mortem tam patris qaam patrui ejus, qaam procuraveraot toxico, ut prefertur, sibi timeotibas, circomvanientes, per latrunculos qaosdam in Jelczbe, dom dormiret in lecto, poarom capi facit in nocte quinte farie post primam domioicam qaadragesime aooo domini MCCLXXVII. (18. Febr.) et ad castrum Lehcn deductom diris vinculis mancipari. Et tandem exercito congregato, paeri terram adhoc pertranssiens, circa Stoulcz cum Wratislavieosibus Glogovieosibus et Poznanieosibas filiam committere jussit bellam. Quibas congressis in campo, in die sancti Georgii, qui fuit in sabbato, ex utrisque partibus plurimi ceciderunt in

nullatenus admittemus vt aliqui homines nostri seu de terris nostris procedant, ad molestandum impugnandum uel dampnificandum ipsum dominum ducem uel terras suas uel fideles suos, sed studiosius intercipiemus et omnino cauebimus absque dolo vt de terris nostris castris seu municionibus specialiter per terras nostras aliqua dicto duci, terris ipsius ac fidelibus suis, dampna molestie, seu dispendia nullatenus inferantur, pro qua quidem remissione dampnorum ac exhibicione fauoris et grati obsequij, dictus dominus dux dabit nobis in restaurum ad recompensam tria milia

---

bello, ipse cum solo reversus de campo effugit comite, Heinrico filio cum suis nichilominus victorie campum tenentibus et ceteris, qui fugere poterant fuga dilapsis. Postea vero, cooperacione regis Bohemie puer eripitur, non tamen sine terre sue magno dispendio, nam Stregoniam, Novumforum, Strozam. Greiffenberch, Pirzzin et Goswinsdorf tradidit Boleslao, Crosnam vero pueri milites marchioni Brandeburgensi pro quatoor milibus marcarum obligaverant, ne parti eorum adversarius esset, puerum igitur eam liberare pro sex milibus marcarum postea oportebat. Confer. l. c. p. 30.

De Heinrico duci lignicensi pag. 113.

Chronica Polonorum I, pag. 31; apud Stenzel scriptor. rer. sil.

„Boleslaus Lignicensis invidens cum filio suo Heinrico de captiuitate pueri „(Heinrici IV.) dolos cogitavit et tenticulas. Pro voto ergo machinacionis sue „quibusdam baronibus pueri de morte patris ejus et patrui timentibus sibi a „puero circumvenientes per latrunculos noctu puerum in lecto suo in Jelsch „rapi fecit, in nocte quinte ferie post primam dominicam quadragesime anno „domini 1277 (18. Febr.) et in castrum Len (Lehnhaus) sub duris vinculis „crudelissime detinuit. Deinde exercitu congregato terram pueri transiens „circa Stolcz filium suum cum Wratislawiensibus et Poznaniensibus et glogaviensibus conmiscere jussit, ipse in campo congressi eodem congresso comite „solo auffugiens, in die sancti Georgii in sabbato in hoc prelio ex utrisque „partibus uno impetu plurimi eeciderunt. Boleslaus campum victorie tenuit „reliquis, qui evadere poterant, fuga dilapsis. Tandem cooperacione regis Bo„hemie puer de captiuitate eripitur non tamen sine terre sue dispendio, nam „Stregun et Novumforum, Strosa, Grifinberg, Pirzschin, Gozwinsdorf, Boleslao „tradidit. Croznam pueri milites marchioni Brandinburgensi pro quatuor mi„libus marcarum proposuerant ne parti eorum adversaretur, quam tamen idem „puer pro sex milibus marcarum redemit" etc.

Dlugoss. histor. polon. pag. 809 et seqq. ad aon. 1277.

Opportuno tempore — explorato. Henricum probum Wratislawiensem ducem — in illa sua Jelczhe quiescentem. f. — fer. 5. ante dominicam quadragesima reminiscer. 12. calend. Martii in nocte soporatum a lecto abstrahit et captum

marcarum et quingentas marcas talis argenti iuxta valorem in quo stetit argentum in festo Pasche proxime preterito, et sicut mercatores tunc mutuo receperunt, et ponderis Brandenburgensis, persoluenda in terminis subnotatis, videlicet, quod in festo beati Martini proxime affuturo idem dominus dux soluet uel exsolui nobis faciet mille et ducentas marcas argenti. In festo Penthecostes immediate sequente mille. CC. marcas argenti, et iterum in festo beati Martini reuolucionem anni subsequentis mille CC. arcas argenti, idem dux nobis soluet et solui faciet ac etiam procurabit. Et pro ista pecunia nobis ab eodem duce in prefatis terminis exsoluenda, idem dominus

---

in castrum suum Leben deductom in dira vincolia conlicit. Captiuitatem Docis sui — Barones et milites Wratislavienses olturi — bellum contra Boiesiaum Caluom Legnicensem docem indicont et pro illo gerendo, quo maiore possont vi et conatu armantur. De propriis autem viribus diffisi, a Boleslao Pudico Cracoviensi et Sandomir., Boleslao Pio Calissiensi, Przemislao Poznaniensi et Gnesnensi, Conrado Glogoviensi et Wladislao Opoliensi Ducibus — Obtinent se iuoari. — Boleslaus aotem — sentiens adversom se per Wratislavienses magnum apparari bellom et qoinqoe Poloniae Duces suis gentibos Wratislavienses adiutoros, coepit et ipse enixius apparare bellum, et Misnenses, Bauaros Suevos donatiuo in sui auxilium induxit, tulisset ei Joannes marchio brandenburg. cum sua gente Boleslao — suffragium, sed Wratislavienses Barones ferendo subsidio illum aversuri, quatuor millia marcarum dari illi paciscontur. Et cum parato aere pacta servare non possent, castrum et o p p i d u m Krosnam in somma promissa illi obligant.

Perculsi ea clade Wratislavienses ad Premislaum alias Otakarum Boh. reg. auxilia petituri devertunt. Et quo fidior parti eorum esset, cum velut auunculus germanus Boleslaum Legnicensem Ducem arctiori affinitate contingeret, castrum et oppidum Kloczko morte sua in Henricum IV. — revoluendum, tradont. Cuius interpositione et opera constituto apod Kloczko placitorum die, pax inter Boleslaum Legnic. et Henricum Duces sub his conditionibos licet Henrico quarto parum aequis — componitur. Vt Boleslaus Legnic. dux nepotem suum Henricum captioitate soluat Duci quoque Primizlao Posnaniensi et militibus apud Skorolcz captis, captioitatem remittat. Henricus Probus patruo soo Boleslao — de castris et ciuitatibos Strzegom, Nouo foro, Strossa, Greifenberg, Przin et Geswndorf perpetuo cedat. Qoibus stabilitis et ab utroque Duce acceptatis, Henricus IV. libertati restitotus Krosnam a Baronibos suis Joanni Brandeburgensi Marchioni, ne arma contra eos ferret obligatam volens redimere, coactus est praefato Joanni damna sumptus et expensas iniustas computanti, 6000 marcarum persoluere, cum tantummodo in 4000 exstiterit obligata. Ex eo autem tempore oppidum Kloczko in Bohemiae regis Przemislai osqoe ad obitus diem, consistebat potestate, etc. etc.

dux obligabit nobis castrum suum tale (i. e. Crossen) et ciuitatem, cum omnibus attinentijs suis, hijs condicionibus interiectis, quod si in primo termino hoc est in festo sancti Martini proxime affuturo et in secundo hoc est in festo Penthecostes succedente taxata et soluenda in eisdem terminis pecunia nobis non fuerit exsoluta, extunc plenam et liberam facultatem de consensu et bona voluntate ipsius domini ducis, debemus eandem pecuniam recipere ad vsuras quas vsuras de mille marcis X. marcas qualibet septimana, cum capitali sorte idem dominus dux exsoluere tenebitur expedite.

Quod si forte in tercio termino uel ante tercium terminum, hoc est in festo sancti Martini, primitus post festum Penthecostes venturo totalis summa pecunia hoc est tria milia marcarum argenti et quingente marce argenti ac vsure quas super crescere contigerit, vel etiam si pars aliqua ex eis in vltimo prefato termino nobis non fuerit exsoluta, tunc quantacumque fuerit siue totalis summa siue pars que non soluta fuerit, ad vsuras recipiemus eandem super dampnum eiusdem ducis vsque ad festum beati Georij, tunc idem festum b. Martini immediate sequens, et si nec tunc in ipso festo beati Georij de prefata summa pecunie ac vsuris si que super excreverint fuerimus expediti, extunc prefatorum castri et ciuitatis cum omnibus attinencijs nobis pro pecunia prefata nomine pignoris obligatorum, ius potestas et dominium ad nos et fratres nostros in veram proprietatem ex transcursu prefati temporis deuoluentur. Ac si summa pecunie supradicta nobis fuerit in prefatis terminis seu ante terminos integraliter persoluta tenore presentis scripti ipsi duci Wrat. promittimus vera fide quod extunc statim tercio die restituemus ipsum castrum ac ciuitatem cum omnibus attinentijs suis sine difficultate ac occasione quibuslibet dicto domino duci et resignabimus ad potestatem ipsius domini ducis uel illius cui eadem fecerit assignari, salua et illesa et omnino in eo statu in quo nunc sunt, obligantes nos per presentes, nec non et fratres et heredes nostros successores atque fideles homines nostros, dicto domino duci, quod si contigerit nos ante illud tempus in quo restituenda sunt castrum et ciuitas cum omnibus attinentijs suis decedere, extunc fratres, heredes successores et fideles nostri, qui illud idem promiserunt vera fide vna nobiscum, dicto domino duci predicta castrum et ciuitas cum omnibus attinentijs suis illesa salua et in eo statu in quo nunc sunt, restituere teneantur et debeant, tota quantitate pecunie

persoluta, que pecunia secundum pondus et argentum superius expressum in Wratislawia debet ponderari, et in Croznam deduci in predicti domini ducis dampno et periculo et non nostro. Ad hec promittimus quod de prefatis castro et ciuitate, quam din in potestate nostra fuerint nullas gwerras cum quocumque mouebimus racione quarum bonis eisdem castro et ciuitati, attinencijs vel alijs suis possessionibus atque terris possent aliqua grauamina irrogari. Item promittimus sincera mente quod postquam sepedicta summa pecunie nobis fuerit plenarie persoluta numquam repetemus de cetero satisfactionem dampnorum que hucusqne propter eundem dominum ducem et alios prefatos seu terras ipsorum dinoscimur pertulisse, immo ipsum dominum H. inclitum ducem Wratislaviensem et terras suas grata beniuolentia et amicicie plenitudine prosequemur. Sane quoniam ad municionum conseruacionem necessario exigitur administracio expensarum, dictus dominus dux nobis CCC. marcas argenti in Crozna daturi et ponderis vsualis ibidem pro conseruacione municionum predictarum expensarum nomine erogabit. Que quidem CCC. marce argenti assignabuntur nobis in bonis predictis, ita quod annona vinum et mel et census alius in sortem eiusdem pecunie deducantur. Postquam autem de redditibus trecentarum marcarum siue de trecentis marcis fuerimus expediti, vlterius in prefatis bonis nichil penitus exigemus, nec etiam per exactiones aliquas seu iudicia eadem bona grauabimus in aliquo uel grauari aliquatenus promittemus, primo nullas steuras sinemus exigi ex eisdem. Porro nobiscum promiserunt fideles nostri . . et . . ad firmam obseruanciam premissorum. Et cum eodem tempore quo contractus huiusmodi extitit celebratus, dictus dux Wratislawiensis detinebatur per dominum B. ducem Silesie, patruum ipsius in vinculis captiuatus, ita quod conuencioni ineunde nobiscum non potuit personaliter interesse, per nobiles et discretos viros . . et . . barones et consiliarios eiusdem ducis et de mandato et voluntate ipsius, nobiscum ad predictam conuencionem et pacis reformacionem, idem dux deuenit, serenissimi domini. O. regis Boemie karissimi auunculi nostri qui nobis data fide promisit, quod omnia supradicta nobis debeant inuiolabiliter obseruari, et domini. B. venerabilis Olomucensis episcopi, nec non et domini H, illustris ducis Glogouie, qui nobis similiter promisit hec premissa inuiolabiliter obseruari, presentia assistente. Promiserunt etiam nobis ijdem premissi domini quod castrum et ciuitas Crozna

in festo beati . . nunc instante proxime debeat nobis seu nostris hominibus assignari. Vnde ne de prefatis omnibus aliquid in posterum dubium oriatur, presentes literas conscribi fecimus, et sigilli nostri munimine roborari, et nichilominus ad cautelam pociorem et validioris roboris firmitatem, tam nos quam prefati barones memoratum dominum regem rogauimus vt super hijs patentes suas literas fieri faceret in quibus transcriptum conuencionis nostre transumeretur in euidens testimonium veritatis. Datum etc.

LXIII. Item instrumentum super obseruacione pacis et concordie[1]). Nos W. etc. notum facimus vniuersis tenorem presencium perspecturis, quod nos mente pura et intencione non ficta promittimus pacem et concordiam cum illustri principe domino H. inclito marchione Misnensi et Orientali karissimo patrino nostro perpetuo ac inuiolabiliter obseruare, et quod si per aliquem ex subditis nostris committi contingerit spolium aliquod in terra dicti domini marchionis a die quo dictus dominus marchio nos monebit per quatuor septimanas continuas iure tenebimur et debemus illum qui commisit spolium, quod satisfaciet dicto domino marchioni ut iustum fuerit et honestum, qui si forsan mandatum nostrum non attendens, dicto domino marchioni, per prefatum iiii^or septimanarum tempus satisfactionem congruam spoliato non curauerit exhibere, tunc nos aduersus eum vtpote versus rebellem armata manu potencialiter insurgemus et dictus dominus marchio ad requisicionem nostram mittet et tenebitur nobis mittere in auxilium, centum faleratos dextrarios ad ipsius spoliatoris contumaciam et proterviam cicius et melius conculcandam. Ita quod dictis centum dextrarijs expensas nos ministrabimus per tempus quo necessarij fuerint, sed ad supplementum uel restaurum alicuius dampni quod eis uel alicui eorum acciderit non teneumur, immo penitus erimus absoluti. Quod si prefata non curaremus forsitan adimplere, tunc . . et . . barones

---

[1]) Heinrich der Erlauchte marchio Misnensis et orientalis, starb 1288 15. Feb. Wenn der Buchstabe W. des Ausstellers dieser Urkunde sich, wofür auch die ganze Fassung der Urkunde spricht, richtig auf Wenzel, d. i. Wenzel II. von Böhmen, deuten liesse, so müsste die Zeit der Ausstellung in die Jahre 1283—1288 fallen. In dieser Zeit ist aber kein Streit, und also darauffolgende Friedenseinigung mit dem Markgrafen von Meissen, den wir oft als treuen Rathgeber am Hofe Wenzels treffen, bekannt.

nostri ciuitatem L. intrabunt et intrare tenebuntur non exituri eam, donec dicto domino marchioni de predicto spolio plenius satisfiat prout ijdem barones dicto domino marchioni per suas literas promiserunt, et cum primum per prefatum marchionem fuerint requisiti. Datum etc.

LXIV. Comissio super lite sopienda. Volentes inter fideles nostros dilectos tales, subortam sospire discordie querimoniam, fidelitati tue committimus et mandamus, quatenus super eadem discordia veritate discussa et cognita mediante iusticia uel amicabili composicione vice nostra, mote lite inter eosdem, finem imponere non omittas, faciens quod decreueris etc.

LXV. Nobilis gaudens de victoria alterius ortatur eum ut domino gratias pro eo referat. Non sunt loquele neque sermones qnibus immensa cordis nostri gaudia exprimere valeamus de triumpho nobili nuper a vobis habito aduersus inimicos quorum superbiam tamquam dauid golyam manu bellica contriuit, hortamur itaque vestre dilectionis animiciam bona fide, quatenus nostrum creatorem super collata vobis gracia mentis vestre oculis summo conamine respicere studeatis, immensas ipsi gratiarum acciones referentes, attendentes quod sua concedente potencia post decursum agonis stadio incorrumpibilis corone branium suscipere valeatis.

Absoluciones a proscriptionis summa et restitutiones gracie et deponens inimicicie.

LXVI. Regalis bonor extollitur et imperii solij decus diffusius dilatatur, quociens carcere culpe ligatos misericordia prenenit, et eorum defectibus, quos per erroris lubricum inciderunt, oportune reformacionis antbidoto condes cendit, hoczelo compassionis inducti nec non et providorum virorum talium supplicationibus inclinati, ipsos de proscripcionis culpa, quam racione bomicidij in partem talis viri conciuis perpetrati incidisse noscuntur. Ita tamen si parti lese seu amicis occisi esse constiterit satisfactum absoluimus de plenitudine regie potestatis, restituimns eosdem omnino pristino iurj suo, sic quod abolita proscripcionis summa, et non obstante dicto bomicidio, ad honores ciuiles et actus quoslibet admittantur, mandantes vobis firmiter et districte quatinus memoratis talibus tamquam per nos absolutis et restitutis opidi vestri introitum concedatis prosequentes eosdem sicut alios vestros conciues gratia et fauore harum testimonio literarum.

LXVII. Item alia forma de eodem. Quia exemplo domini iudicio misericordiam anteponimus humane fragilitati condescendentes, delinquentibus et de delicto penitentibus veniam concedimus post reatum. Prouidi viri tales qui comiserunt homicidium in partem talem, a nobis proscripcionis summa innodati nostre celsitudini humiliter supplicarunt, vt ipsos abolita proscripcionis macula pristinis honoribus et actibus legittimis restituere dignaremur, nos nobilis viri talis ac predictorum supplicationibus inclinati, si parti lese esse constiterit satisfactum, eosdem ad honores pristinos necnon actus legittimos restituimus de plenitudine regie potestatis, mandantes vobis auctoritate regia et volentes, vt ipsis introitum ciuitatis seu opidi vestri absque impedimento quolibet concedatis, et tamquam per nos restitutos prosequamini in omnibus fauorabiliter et benigne ac si facinus homicidij huiusmodi nullo vmquam tempore comisissent, adhibita publicacione in reuocacione ipsorum, quam in eorum expulsione seu eicctione vsi fuistis, presencium testimonio literarum sigilli nostri robore signatarum. Datum etc.

LXVIII. Aliquis rebellis petit principem, vt rancore deposito recipiat eum ad gratiam. Serenissimo domino suo etc. subiectioni deuotissimam perpetui famulatus. Quum error in prvdencie per seducciones cuiusdam principis vobis in congrue aduersantis, beneficiorum gracie perceptorum tanto tempore a vestra maiestate vegia separauit, imo nos ad lesam conscienciam recurrentes et regalia sequentes vestigia, de commissis vestram fidem in nobis ledencius veniam postulamus regali magnificencie quam plurimum supplicantes, vt moti pietate regia, nos penitentia ductos ad fauorem consuete gracie dignemini reuocare graciora seruicia que vobis ammodo rebus et personis exhibebimus operis per effectum, et vobiscum furcas omni aduersancium pro viribus compescendo certo certius adtendentes.

LXIX. Rescriptum. Quod tanto scandalo vestro vero domino illato per distorsiones plurimas, quibus vos malignandi materia deformes nostris regalibus conspectibus jam longo tempore subtraxistis vos recongnoscitis conscientia non illesa de vobis satis discretum et conueniens arbitramur, cum ex hijs furtis vestra per maculam infamie denigretur, verum quia pro hijs commissis in vobis vestra corda multis penitendo dolorum wlneribus sauciantur venia gracie refici puia (?) et reduci nostrum pristinum in fauorem, ad vestra desideria reflecti

volumus et ad preces omnis ire versus vos concepte ac indignacionis cuiuslibet tamquam inmemores vos ad regalem gratiam resumentes, obhoc maxime vt ammodo nobiscum ad sopienda grauamina si qua tulerimus a vobis indebite viciosa fideliora seruicia studeatis que honestatem regiam deceant pro viribus exercere sicut et pro illis vos paruique vestri omni nostre subuencionis presidio cupitis in perpetuum consolari. Datum etc.

LXX. Quidam domino suo vt eum in gratiam suam recipiens ad seruicium pristinum relocet. Lustratis per mundi climata plurimis regionibus et gyratis, et per circuitum linguis et tribubus diuersimode nacionis inter ceteros presidentibus tribunalibus potestatum, personam vestram amantissimam quidem michi pre cunctis mortalibus preelegi, gracius estimans esse abiectus in vestro palacio quam in regum subliminum curijs vti quibuscumque delicijs comminatum, pro eo princeps clementissime et domine ad nos de regione dissilitudinis (?) velut ad refugium singulare confugio, petens humiliter et exposcens, vt me dignemini in domos vestras recipere pristine gracie brachijs amplectendum, ego enim siue viuo siue morior semper vestris beneplacitis coaptabor, honoris vestri auidus, necnon vestre glorie sitibundus. Placeat igitur queso dominacioni vestre quid super hoc in vestro proposito geritur michi gratiosius aperire.

LXXI. Restitutio gracie et remissio rancoris. Nos W. dei gratia etc. notum facimus vniuersis tenorem presencium perspecturis, quod nos a rigore iusticie generosa swadente elemencia lentescentes, omnem rancorem quam bactenus huiusmodi aduersus tales (habemus) omnem excessum quam (quem) commiserunt contra nos aut barones regni nostri relaxamus atque eis dimittimus atque deponimus de corde nostro, nichil mali eisdem penitus inferemus. Si quis vero contra nos de cetero aut alios fideles nostros fecerint, uel excessus aliquos commiserint, tunc volumus vt secundum regni nostri consuetudinem et sicut aliquis alter baro consueuit pro hijs, qui (quos) aduersus nos et alios nostros fideles commiserint, excessibus, puniantur. Concedimus insuper eis castrum N. cum omnibus iuribus et pertinentijs suis hereditarie possidendum et ut ipsorum predecessores a nostris progenitoribus possederunt, ipsi autem iurauerunt quod nobis et nostris heredibus fideliter seruire tenebuntur utpote alter fidelis baro noster, nec vmquam contra nos

aut nostros heredes facient uel facere attemptabunt, si autem aliquis (aliquid) contra nos aut nostros fideles fecerint, tunc debent esse periurri exleges et infames ab omnibus reputari. Restituent nobis et resignabunt ad manus nostras castra nostra. S. et R. que olim eis pater noster ad custodiendum commiserat, ita quod nulla resignacione ipsorum inducent aliquatenus tarditatem, promittimus presenti scripto vniuersis et singulis castellanis in prefatis castris nunc residentibus, quod nos promittemus eos possidere pacifice omnia illa de quibus probare poterint iure terre, quod concessa eis fuerit a patre olim nostro memorie recolende; ad hoc promittimus eisdem fratribus, quod si quis eos uel aliquem ex eis nobis accusauerit quod ipsis hoc reseruabimus, et de hoc quod eis imponetur per ipsos accusatores se secundum regni consuetudinem expurgabunt. Datum etc.

LXXII. Item alia forma de eodem. W. dei gracia etc. Verborum series animum non segnitum sic irritat, quin frequenter aduersus aliquos racio odium concipiat et rancorem, quod uel quem, verbis, vel quocumque alio modo conceperamus aduersus barones et nobiles nostros. P. et T. de cordis nostri penetrabilibus penitus abolentes, restituimus eos nostre gratie fauorabiliter et benigne, promittentes eis bona fide, quod ipsos viriliter et singulariter in sinu nostri fauoris et gratie ut regem suos decet subditos fouebimus et curabimus gubernare, nec eos uel aliquem ex eis captiuabimus uel offendemus sine iusta causa, absque iure consuetudine regni nostri et iudicio precedente. Quod si forte predicta non seruauerimus prout superius denotantur et tunc violatores nostre fidei haberi volumus et correccioni domini et patris nostri domini R. Romanorum regis, semper augusti et successorum eius in eodem regno volumus humiliter subiacere. Datum etc.

LXXIII. Item alia forma de eodem. Nos W. etc. notum fieri volumus vniuersis tenorem presencium inspecturis, quod nos delinquentibus parcere reputantes decencius quam punire, N. omnem culpam quam incidit nostra et terrigenarum Moravie bona spoliando, post obitum quondam O. illustris regis Boemie patris nostri memorie recolende tam pro parte nostra quam omnium terrigenarum Moravie, remittimus, ipsumque absoluimus ab eadem, volentes ut pro dampnis seu spolijs per eundem. N. vsque ad kalendas augusti proxime preteritas cuicumque irrogatis, nullus eundem N. citare uel ad

iudicium audeat euocare, ita tamen si idem N. ab huiusmodi grauaminibus et spolijs cessauerit de cetero vt promisit. In cuius rei testimonium etc.

De citationibus Iudicis secularis.

LXXIV. Sic dux citat aliquem. A. dei gracia talis dux, graciam suam et omne bonum. Sua nobis N. detulit querela, quod eum indebite aggrauasti, vel quod ei in tanta pecunie quantitate persoluenda es obligatus, quare volumus et firmiter demandamus sub pena rerum, gratieque nostre per obtentum, quod infra duas septimanas cum eodem amicabili composicione componas, vel coram nobis sicut res tuas diligis compareas, eidem ad obiecta quelibet responsurus.

LXXV. Vel sic sub alijs verbis. Volumus et districte precipiendo mandamus, quod sicut indignacionem nostram cupis euitare, proximo die tali coram nobis compareas, uel presencie nostre te presentes vbicumque fuerimus tali viro responsurus quaeuis ad obiecta.

LXXVI. Sic judex provincialis citat. H.[1] Iudex prouincialis tali sculteto, uel ciui, gratiam cum fauore. Ex officio debito nobis per dominum nostrum ducem, nostreque fidei recommisso, quo parati sumús vnicuique diuiti ac pauperi, potenti ac humili facere omnis iustitie complementum, vt fidem seruamus domino nostro, penamque futuram euitemus, tali viro, qui nobis querimoniam suam obtulit iusticiam facere volentes, volumus et mandamus firmiter et districte, quod tali die coram nobis compareas ad obiecta predicti responsurus.

Sic formantur precepta diuersimode.

LXXVII. Preceptum principis pro pecunia ad subditum, ob instantem sollempnitatem habenda. A. dei gra. etc. dilecto sibi magistro fabrice in L. graciam suam etc. ad instantis huius sollempnitatem pascatis, que quanto est maior tanto magis a nostris subditis et fidelibus congruit et debitis honoribus cupimus preueniri. Mandamus igitur tibi firmiter et precise, quatenus infra octo dies post presencium recepcionem M. auri omni semoto dubio nostre camere debeas presentare sicut indignacionem nostram euitare volueris, graciam plenius obtenturus.

---

[1]) Vielleicht Heinricus de Tybein 1260—1270.

LXXVIII. Preceptum pro collecta. H. dei gracia etc. vniuersis suis militibus, feodalibus, domicellis, seruientibus, aduocatis prouincialibus, et heredibus scultetis, ciuibus scabinis ac iuratis, totique terre gracie plenitudinem et fauoris. Cum secundum terre nostre consuetudinem suis temporibus collectam seu exactionem communiter omnes nobis dare et soluere debeatis, quam ista vice a vobis requirentes tantum uel tantum de manso quolibet precipimus et mandamus, qua carere nolumus vllo modo, quod tali nostro militi quem ad recipiendum eam constituimus sine omni contradictione presentetis, quandocumque per ipsum fueritis requisiti, alias quicumque contrarius fuerit magnus uel infimus idem miles bona et hereditates ipsius impignorabit auctoritate nostra, precepto districte et mandato, vobis etiam aduocatis precipimus et mandamus quod sicut fauorem nostrum diligitis, et indignacionem perpetuam volueritis euitare, eidem militi nostro cum ad vos venerit in omnibus assistatis consilio et auxilio pro quibuscunque vos habuerit requisitos.

LXXIX. Item precipit ciuibus quod ei subueniant in tanta pecunia. Quia ista vice de tanta summa pecunie multum indigemus rogamus vos quo carere non possumus vllo modo, quod cum eadem pecunia nobis succuratis et vobis aduocatis iniungimus firmiter et districte demandantes vt eandem aput vestros conciues recipiatis animo diligenti nulli parcentes nec aliquid dimittentes.

LXXX. Precipit vt subditi soluant debitum alicui. Conquestus est nobis talis quod tantam pecunie quantitatem sibi soluere debeatis, vnde volumus et firmiter demandamus, quod eandem statim visis presentibus persoluatis, alias vos impignorare faciemus.

LXXXI. Precipit princeps vt subditus exsoluat aliquem a fideiussione alias arrestetur. Conquestus est nobis, famulus noster fidelis talis, quod eum a fideiussione qua tenetur, racione talis viri, iuxta tuarum contineneciam literarum, absoluere deneges penitus et recuses, quare tue honestati iniungimus firmiter et districte precise volentes quatenus eundem exsoluas ab eadem fideiussione, excusacione qualibet non obstante, alioquin ad exsolucionem eiusdem fideiussionis, induci te arrestacione bonorum tuorum sine dubio faciemus.

LXXXII. Precipit aduocato quod illos impignoret qui pecuniam non soluerunt quam tenentur. Precipimus

tibi firmiter et districte, quod statim visis presentibus, nullam moram faciens tales, pro nostro debito inpignores, pignora nuncio nostro presentando, talia que bene in iudea possunt obligari.

LXXXIII. Precipit aduocato quod nuncio misso ad partes remotas prouideat de expensis.

LXXXIV. Precipit aduocato uel procuratori quod hospites tales venientes procuret in expensis.

LXXXV. Precipit Iudeo quod pignora redimat. A. dei gracia etc. Zachariae iudeo talis loci gratiam etc. Quia propter quandam necessitatem pignora nostra in tali loco exposuimus pro tanta pecunie quantitate, rogamus et volumus, quo carere non possumus vllo modo, quod statim visis presentibus, eadem pro eadem liberes et aput te serues deligenter, quousque pecuniam memoratam tibi ex pleno persoluamus.

LXXXVI. Item vt Iudeus pecuniam super pignus concedat. Quia necessitate compellimur ita quod tantam pecuniam quam carere ad presens non possumus, habere nos oportet, ideo rogamus te per presentes, quod statim visis presentibus omni mora semota eandem summam pecunie nobis concedas sic faciens, quod per hoc nostrum obtineas fauorem ampliorem, nichilominus pignora nostra que tibi presentantur pro eadem studeas obseruare, tam diu, quousque totalis pecunia fuerit tibi persoluta. In eoque nobis reddes obsequium satis generosum.

LXXXVII. Precipit Iudeo vt militi vsuram relaxet. Quia talis miles noster nobis fidelis et dilectus in articulo maxime necessitatis positus, obligauerat tibi sua pignora pro tanta pecunie quantitate, et super pecuniam capitalem tamen excreuit de vsura, rogamus te per presentes quod si vmquam cupis, vt peticiones tuas effectui manticipantes ad finem pro tuo placito. deducamus, eandem vsuram eidem militi nostro quantacumque sit causa nostri studeas relaxare.

LXXXVIII. Precipit vt Iudei cum christianis soluant exaccionem. Quia omnes soluciones quas hactenus ciues nostri fecerunt, vos vna cum ipsis soluere consueuistis, et nunc generalem collectam siue exaccionem posuimus super ciues ad totam terram nostram, a qua nulli penitus sunt exempti, quare volumus et mandamus, quod sine omni excusacione pro eadem collecta detis nobis et soluatis tantam pecunie quantitatem, quam pro nostra maxima vtilitate et commodo conuertemus.

De preceptis et commissis pro iusticia facienda super querelis.

LXXXIX. Preceptum vt alicui fiat iusticia super violencia illata. Ueniens ad nostram presenciam talis, humili querimonia sua demonstrauit, quod tales res suas sibi indebite auferentes molestiam per grauamen intulerunt, quare precipimus tibi firmiter demandantes gratie nostre per obtentum, quod ipsius aduersario qui sibi violenciam intulit ad tuam presenciam euocato, ipsi et ablata reddantur integraliter facias omnis iusticie complementum.

XC. Preceptum ut religiosis fiat iusticia super ablacione rerum. Querelam grauem virorum religiosorum nuper accepimus continentem, quod fidelis noster dilectus talis postposito vid. verb. omiss. rebus et bonis in tali villa violenter ablatis, molestijs eosdem effecit et afflixit, et iniurijs multiplicibus tribulauit, super quo postularunt sibi humiliter a nostra celsitudine subueniri, cum igitur gladius corporalis ad hoc sit nobis desuper traditus, vt ecclesias et proprietates ecclesiasticas a persecucionum tyrannide releuemus, fidelitatem tuam de qua presumimus requirimus et rogamus, quatenus super veritate sollercius inquisita, si sic esse comperis iuxta quod superius est expressum, predictis religiosis vice nostra sic promptum super premissis exhibeas iusticie complementum, quod ablatorum restitucione plenaria subsequente, pacifice pacis auctori deseruiant pacis humiles professores, ne super defectu iusticie compellantur ad nos habere refugium vel recursum.

CXI. Item preceptum vt ciuibus fiat iusticia pro spolia.

XCII. Item preceptum seu commissio communis ut fiat iusticia super possessione terre. H. et R. nupper in nostra presencia constituti nobis grauiter conquerendo monstrauerunt, quod dilecti fideles nostri tales, super quibusdam terre possessionibus et rebus alijs iniuriantur eisdem. Quocirca fidelitatem tuam monemus per presentes, quatenus vice nostra vocatis, qui fuerint euocandi, causaque rite cognita et discussa predictis. N. de prefatis iniuriatoribus exhibeas iusticie complementum, prefatos iniuriatores ad faciendum eisdem iusticiam super hijs in quibus eos reos esse comperis efficaciter inducendo.

XCIII. Item preceptum generale super quacumque causa.

XCIV. Item similis forma.

XCV. Item preceptum ut alicui fiat iusticia super hereditate. Querelam grauem nostrorum fidelium talium nuper accepimus continentem, quod cum super hereditate eorum paterna in quo de iure ipsorum funiculi ceciderunt non leuem eis irroges et eisdem indebite denegas exhibere, quod debitum eis hereditarie successionis inpendit, hinc est quod sinceritatem tuam, affectuose rogamus, nichilominus districte precipiendo mandantes, quatenus ipsis super premissis, tam prompte iusticie plenitudinem studeas impertiri, quod non cogantur deinceps super defectu huiusmodi habere recursum ad tribunal regie maiestatis, et nos proinde tibi, si regiam via processeris, non declinans ad dextrum vel sinistrum ad speciales grates et gratias obligemur.

De querelis super diuersis molestijs.

XCVI. Sic principes conqueri possunt pape de confusione ipsis illata per talem principem qui repudiauit sororem ipsorum a thoro matrimoniali repellendo, pluraque mala alia committendo, petentes ipsum ut sua potestate ad recipiendam eam compellat. Sanctissimo in christo patri etc. Rerum eternarum primus fabricator et conditor ad laudem et potenciam maiestatis sue creata cum propria mensura pro loco certisque institutionibus temporum reuolubilem cursum premeciens et mensuris nature legis fasciculum, cuius examen staturamque iusto pondere premetitam non licet vlli rei create transgredi, tribuebat, caute prouide, legaliterque antiqui federis seu promissi non immemor, quod promiserat et pepigerat sanctis patribus Ysaac et Jacob terre videlicet desiderabilis dulcedinem lacte et melle opulentam, effectui mancipando, dum verbum incarnatum filium suum vnigenitum pro redempcione humani generis voluit vtpote decreuerat ab eterno ante mundi constitucionem in incerto, gyro elementorum serie se volente hostiam viuam puram agnum immaculatum immolari summe clemencie opus et inenarrabilis glorie perficiens, studuit pronide, policita large et hylariter dans et benigne et caute, vt homo formatus ad eius similitudinem nec perciperet nec sentiret noxias per mille artifices irrogatas clam et occulte, vt prouidum gubernatorem senciens et prenoscens, veluti nauis erratica fluctiuagis in procellis non erraret et eius iugum suaue

onusque leue gestaret, habens legis infrenatus, et disposuit ac elegit gubernatorem dominum et rectorem, vosque preficiens eximiumque zelatorem pacis et doctorem veritatis, cuius interest destruenda destruere, edificanda edificare, et edificata firmis nexibus et indissolubilibus nodis solidare, cum igitur omnipotentis dei prouidencia disponente cuius astucie nichil in humani generis inuencionibus valet contrariari (et) refragari, ex alto intencionis sue sit, primus ordo nexus, scilicet matrimonialis consecratus, tam mistice sanctionis, dominus talis dux, immemor salutis proprie presumptuose preconcepit timore dei postposito, ruborem humanum per duriciem sui cordis abiciens, sororem nostram karissimam repudiauit, ex eo efficiens se matrimonialis thori violatorem ac contemptorem, non in modicum vituperium nostrum tociusque gentis Polonie obprobrium sempiternum, num talis, tam magni et primi nephandus violator, et iam fere christiane religionis spretor et contemptor vt liquet, qui nec reuerendum patrem nostrum spiritualem talem episcopum reueritus, aliquot annis de suo episcopatu amouit, veros rectores insuper Ecclesiarum de Parochijs eliminauit, lupos rapaces immo predones animarum in beneficijs collocando, et talia multa contra fidem perpetrauit, meretur nomine christiano nuncupari, absit, pertinacia etenim tam grandis verecunda et molesta, exosum ipsum effecit cunctis militantibus sub fide christiana, itaque multos ledet desperacio si fert in punitam, magnaque commisit et de die in diem augens suam maliciam maiora horum committit quam scripto exprimere nec lingue velocitate celerrima vmquam aliquis potest plenarie recitare. O pie pater clemens et benigne post creatorem mundi huius anchora spei tocius christianitatis, exurgat vestra dilectio paternalis petimus voce clamosi cordis, quouis ex affectu compatimini condolentes nobis de nostra confusione quam ab eodem principe sumus perpessi et adhuc sustinemus, de vestra fauoris benignitate ac dilectionis sinceritate immensa, fiduciam plenariam gerentes humiliare dignemini per vestram potenciam memoratum ducem, vxorem suam nostram dilectam sororem ut recipiat compellentes, vsque nunc sustinuimus, nec cum in aliquo molestauimus iudicium vestrum iustissimum immo salutare subsidium prestolantes, hoc quod non credimus si nobis deesse videbitur magis sustinere nec super sedere possumus sed confusionem per eum nobis et nostris posteris totique genti Polonie generatam suffocabimus, et hostili gladio prosternentes contra ipsum non

tantum christianorum brachium verum et gentes quoscumque poterimus conducemus, vobis tamen vestreque tuicioni ac gracie speciali nos subicimus, et recommendamus, nam non regibus nec vllis principibus, sed solum vestre subiecti summus dicioni cuius auxilium exoptamus, moramque non faciatis, que periculo est, cum ingenti dampno rerum et personarum.

XCVII. Item eadem materia sub alijs verbis. Diuina miseracione prouidente, ac sacro sancte sedis Romane, cui soli tenemur obedientiam nullius prorsus principis subiecti dicioni, freti habundantissimis suffragijs, pacemque seu tranquillitatem quam a nostris progenitoribus consueuimus, nemine nos molestante vsque nunc pacifici et commodi fuimus, domino altissimo gratiarum vberrimas referentes acciones, porro sathan zizaniam semper super seminans tritico, de bono pacis nobis inuidit, que contra nos exaggeratus pro vna parte fomite discordie, et talem principem ex altera graui vulnere vulnerauit. Cuius rei causam totalem excelse dominacioni vestre pater sanctissime presentibus duximus referendam, pater noster dux talis felicis rememorationis velut homo pacis et quictis, cum vnica prole filia sna nobis adhuc positis in etate iuuenili, que in actibus discrecionis non maturam se prebebat, volens perpetue amicicie fedus inter nos et talem principem ordinare eandem filiam quamquam tenellam nec bene nubilem, memorato principi matrimonialiter copulauit, nupcias secundum morem et consuetudinem terre nostre celebrando, in quibus presentialiter affuit venerabilis pater noster talis episcopus qui easdem secundnm sanctiones et preceptum canonicum rite iusto et rationabiliter confirmauit. Sed proch dolor penitus nos et omnes nostros penitebit prefatas nnpcias fuisse cum tanta sollempnitate dilectione ac fauoris benignitate fuisse celebratas. Nam patre nostro predilecto de curriculo vite presentis sublato, memoratus dux, salutis proprie inmemor dei timore postposito ruboris maculas non perhorrescens prefatam sororem nostram tamquam scortum reputans, more paganico matrimonium violando, pro quo a tota christianitate deberet excludi omnimode si vestra paternitas dolorem nostrum et turbacionem perhennem intelligeret, repudianit, in tocius nostre lingue Polonice preiudicium non modicum perpetuam confusionem et grauamen. Audiat ergo vestra inmensa dilectio pater sancte vocem querulam et lamentabiles querimonias, dignetur fauorabilibus auribus et placidis auscultare, faciens quod

petimus pure propter deum vt sepefatus princeps, deum habens pre oculis, coniugem suam recipiat in pristinam dilectionem, sincerum et fauorem. Nosque pro eo quamuis de iure tenemur beneplacitis vestris humiliter acclinari magis parati erimus, si precum nostrarum libamina vobis porrecta effectum sorcientur, locumque exaudicionis meruerint obtinere etc.

XCVIII. Soror conqueritur dom. pape super discordiam sibi motam per sororem. In anxietate spiritus et cordis amaritudine vestris auribus dolorosa referimus, et materiam cogimur exponere dolorosam, nostri claustrum pectoris nuper ab intimis turbante mesticia et serenitate animi quadam meroris caligine nubilante. Quia ecce quod non sine doloris aculeo referimus et effusione signamus lacrimarum, domina et soror nostra beatrix, inimico humani generis suggerente, nostris non exigentibus meritis nos non desinit continue litis discidio impugnare, quantis enim persecutionum molestijs, eadem soror nos nuper exacerbauerit, quibus angustiarum mordacibus aculeis, quibus contumelijs nos exprobarit, et exacuerit contra nos blasphemijs linquam suam, vestre sanctitati ad plenum describere non possumus, nec doctiloque lingue facundia enarrare. Quia igitur vestre sanctitatis deuocio est nobis turris fortitudinis et presidium singulare, ad vestre in quam confidimus et speramus pietatis clemenciam huiusmodi grauaminia duximus deducenda in domino humiliter et deuote exorantes, quatenus, vestre opis subsidio a conuiciorum inpulsibus et frequentibus iurgiorum insultibus defensari actenus valeamus, intercipientes celeriter proteruientis sororis in effabilem pertinaciam, taliter, vt nos vlterius, ob vestre deuocionis reuerenciam turbare ac molestare non presumat, alioquin ad eiusdem sororis inmoderatam rebellionis et superbie prestanciam, consilium et auxilium serenissimi domini nostri regis talis, inuocare contingerit refrenandam.

XCIX. Religiosi conquerentes principi quantas turbaciones sint passi in sua absencia, ipsum suscipiunt. Quanto exultacionis gaudio, quantoque applausu gaudij perfusa sint intrinseca mentis nostre, postquam fame eloquio preconantis que altissimis laudibus effert nomen vestrum, et regalis preeminencie magestate veraciter intelleximus, quod Pragam venire debeatis vestri regni solium gubernantes, nec calamus sua posset designare industria, nec doctiloque lingue facundia enarrare. Spe-

ramus enim ex regali vestra presencia, quod diuine memorie exuberans plenitudo que de influentia sue bonitatis donaria munificentia vnicuique impertitur, nostre tribulacionis inmemor esse non debeat, dum ex vestro aduentu nullius hesitacionis stimulis agitati firmiter speremus, quod vestre serenitatis magnificencia, de nostrarum angustiarum multimodis pressuris, quas ob vestram patimur et passi sumus absenciam, animum gerere debeat conpassiuum, nos et cenobium nostrum, quod ad presens multimode pestifere paupertatis sarcina demolitur, largifluis donacionum subsidijs confouendo, cum autem de qualibet persona que nobis et nostro cenobio violenciam inferre nitatur, debeamus coram regie maiestatis culmine querulari, vt regalis censura iudicij violencie metam imponat, et habenis iusticie excessus refrenet noxios superborum, vestre serenitatis magnificencie non sine mentis amaritudine referimus in plenitudine lacrimarum conquerentes, quod talis etc.

C. Item querela capituli ad principem super incommodis illatis ecclesie ipsorum[1]). Serenissimo domino etc. Decanus etc. dierum longitudinem cum glorie ac exultacionis augmento, innouatur quasi iugiter matris nostre sancte aquilegiensis ecclesie dolor et noster, ex eo quod nondum cicatricibus antiquis obductis, plage sibi crudeles, eo durius, eo profundius, quo recencius inferatur, et dum expectaret consolacionis optate remedia, desolacionis incommoda et confusionis perpetue cogitur prochdolor amara sentire. Ita quod non concedatur ei ad tempus uel ad horam modicam respirare. Sane post flebilem obitum recolende memorie domini nostri G.[2]) patriarche, quem sub amaritudinis multe memoria deflere compellimur, placuit vestre reuerencie ad nostrarum supplicacionum instanciam ecclesiam ipsam cum fidelibus et iuribus ac honoribus suis generose ac pie suscipere sub vestre protectionis clipeo et tutela per quod ecclesia eadem pro firmo sperauit et credidit, a tribulationum tumultu resurgere et ad necessarie quietis partum de tempestatum naufragio peruenire. Sed ecce quod dolentes et inuiti referimus, fluctibus continue turbacionis inuoluitur, et inter vndosas procellas fere desperata cogitur naufragari, dum vir nobilis. Al. comes Goricie

---

[1]) 1269 zwischen 8. und 23. September.

[2]) Gregor de Montelongo † 1269.

qui dictam ecclesiam velut matrem et dominam cunctis deberet honoribus reuereri, tamquam surculus de radicis amaritudine pullulans et vermis insatiabilis ipsius ecclesie interiora corrodens specialiter postquam maiestas regia sub suo tutamine suscepit ecclesiam memoratam, possessiones bona iura ipsius ecclesie, que idem dominus patriarcha tempore sui obitus prout est publicum in sua tenuit et habuit potestate in diuersis locis prout voluit, occupauit, assereus publice se de vestra conscientia hoc fecisse, et habere a vestra gratia speciali, quod quidem credere nolumus nec valemus cum nunquam in nostro possit cadere animo, quod regalis excellencia iura ipsius ecclesie sub fauoris sui presidio minui paciatur, sed pocius procuret augeri, cuius pretextu etiam alij plures alia loca et bona ecclesie predicte indebite occupauerint et detinent occupata. Necnon prouidum et discretum magistrum H. prepositum venerabilem vicedominum patriarchatus aquilegiensis vestrum in foro Julij vicarium generalem, cuius antecessores existentes in uice-dominatus officio licet respectu ipsius forent in publico velut puluis exiguus bona omnia predicta viriliter defenderunt, precum instantia et solicitudinum studijs inducere possumus, vt dictum comitem et alios ob huiusmodi detencionibus resilire et ad restitucionem compellant ipsorum nosque occasione sue dissimulacionis et paciencie, pro reuerencia . . . . . nominis vestri et honoris, precedere non eligimus ad defensionem virium[1]), predictorum que de die in diem dampnabiliter dispenduntur, quantumcunque doleamus ex corde, quod dictus comes et alij per hoc nomen vestrum grauiter inhonorant, verum quia ecclesia memorata post deum nullum nisi vos defensorem habet ad presens, et in maiestatis vestre potestate fingitur anchora sue spei, ecce cum eadem lacrimabiliter inplorante, nos fideles eius et filij deuotissime supplicamus; qnatenus prouidentes si placeat, honori vestro regio specialiter in hac parte, sepedictam ecclesiam de vestre defensionis clipeo confidentem, non permittentes sic dampnabiliter omnino subiungi, memorato vicario vestro, dare dignemini speciabilibus literis in mandatis, vt bona iura possessiones quascumque, et vbicumque dicta ecclesia in sua tenuit tempore obitus dicti domini G. patriarche, possedit et habuit potestate ad ius et proprietatem ipsius ecclesie reuocare, non

---

[1]) sic. (wahrscheinlich iurium).



differat, contra illicitos detentores ipsius, cum vestri fauoris auxilio si necessarie fuerit processurus, alioquin reliquias que de pannosis et intimis vestibus ipsius ecclesie remanserunt si paulisper occupari continget, quod ipsa cum multorum obprobrio et eius confusione perpetua se prorsus senciet denudatam, licet vilis status terre fori Julij per gratiam dei et vestram salubri tranquillitate gaudeat et quiete, sepefati magistri, H. diligentia et studio procurante. Datum etc.

CI. Item querela super ablacione rerum et captinitate. Ad magnitudinis vestre prestantiam, querelam grauem nuper ex parte talis ciuis, pro quo etiam dominus noster dux talis specialiter scripsit, acceptam deducimus continentem, quod cum ipse pro suis negacionibus prope ciuitatem vestram talem securum se putaret incedere, quidam predones rebus et bonis ipsius violenter ablatis, eundem ad sua domicilia seu municiones mancipatum adduxissent, adhuc sub carcerali custodia captiuum retinentes quo circa magnificencie vestre gratiam pro ipso et cum ipso petimus, omni quo possumus studio et affectu fiducialiter exorantes, quatenus; vt dictus ciuis ab huiusmodi captiuitate soluatur, restitutione ablatorum subsequente intuitu iusticie, quam diligere ac sequi in omnibus vestra solet sublimitas, et ex industria nobilis modestie quodammodo adhoc tenetur, misericorditer dignemini sollicitari. Ita quod exinde apud deum et homines, dignis mereamini commendari laudibus, et dictus dominus noster dux constantis fidelitatis et fidelis constancie obsequia condignis prosequatur retribucionibus, nosque reddamur vobis ad queuis beneplacita et mandata specialiter obligati. Datum etc.

CII. Sic vidue et pupilli querelas ad principem deferunt.

CIII. Pro violencia hominibus illata, eos spoliando.

CIV. Sic prelatus scribit infeodato ab ecclesia sua vt subditos suos non molestet.et ablata restituat. Ch. dei gracia etc. cum sincere dileccionis affectu plenitudinem omnis boni. Vestre nobilitati insinuamus grauiteř conquerendo quod quidam ex vestris subditis et fautoribns de tali loco nostris subditis seu hominibus circa castrum nostrum tale in villis et alibi certumquamque morantibus diuersas molestias seu iniurias inferunt et hactenus intulerunt, ipsis res et bona sua temere auferendo. Quapropter vestram nobilitatem quantum possumus rogitamus, quatenus dictos

vestros subditos et fautores, in fide qua nobis et ecclesie nostre tenemini ad hoc efficaciter inducatis, vt ab huiusmodi molestacionibus et iniurijs deinceps prorsus desistant, et ablata nostris hominibus restituant et assignent, vt in hoc vestram nobilitatem et fidelitatem recommendatam specialiter habeamus.

Litere petitorie recommendationes, seu promotorie pro beneficiis et alijs rebus, et receptiones in fauorem, et de statu amicorum et gratiarum acciones.

CV. Petitio ad papam pro aliquo casu discuciendo. Beatissimo ac pijssimo domino ac patri sacrosancte Romane ac vniuersalis ecclesie summo pontifici etc. Juxta Romanorum decreta pontificum omnis ambiguitas questionum Romane ecclesie velut capiti est deferenda. Quapropter id dubictatis quod nuper apud nos cernitur accidisse apostolicis duximus auribus intimare, cum quedam nobilis clam concepit et peperit Infantem masculinum et verecundie rubore perfusa, ipsum cuidam mulieri ante valuam ecclesie exponendum recommisit, quem alia matrona petens ecclesiam orationis causa comperit, et misericordia mota ipsum ad hospicium conferendo tamquam proprium conuocauit, donec tempore debito illum literis tradidit edocendo, qui bone indolis adolescens, bonis moribus adornatus, per singulos gradus ordinum ascendendo, tandem prespiterium est adeptus. Tempore vero succedenti dum ab hac vita emigrasset, venit muliercula que ante portas ipsum ecclesie collocarat, absque regeneracionis lauacro, eundem recessisse recitabat, de cuius anime saluacione dissidentes sententie sunt exorte. Alii namque cum in fide catholica accesserit ipsum aiunt esse saluatum, reliqui vero propter peccatum originale sibi celestis hostium fore patrie asserunt interclusum, propter ewangelicam sententiam sic dicentem, nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu non introibit regnum celorum, vnde vestre paternitatis clemenciam deprecamur, quatenus auctoritate apostolica rescripti nos dignemini informare uel confirmare, quod in hoc apta ratione minus sapientibus possimus demonstrare.

CVI. Rescriptum. Quia scrupulosis vestris questionibus nos fide vestra prudencia gratulamur consulere studijs, vobis super ambigua questione nobis vestris literis declarata breuiter respondemus, presbiterum quem sine baptismatis vnda extremum diem

clausisse nobis intimastis, cum in fide christiana et confessione pura extitisse congnoscatur celestis patrie gaudijs perfrui sanctorum auctoritate patrum comprobamur, inquit enim beatus Augustinus in libro de ciuitate dei baptismum invisibiliter in hunc operari quem non contemptus religionis, sed terminus necessitatis exclusit. Sedatis igitur altercacionibus prenotati patris sententiam ratam consulimus teneatis, et per ipsam vobis plebem commissam in viam veritatis dirigatis.

CVII. Episcopus offert pape nouellam plantacionem alicuius monasterii, quemdam ordinem commendat[1]). Sancta religio celestis pulcritudinis ymagine se conformans illud alacriter agit in terris quod angelos exercere congnoscit in celis ludens in dei laudibus, et tam menciuin quam vocum dulci modulo iubilando, dumque per paupertatem voluntariam a se mundum et mundana libenter abdicat dumque per castitatem angelicam se super carnem et ea que carnis sunt potenter eleuat, dumque ponendo homines supra capita sua proprie voluntatis motus obedientie subieccione coartat, apparet quod obseruatores eius non ambulant cum animalibus gradientibus super terram sed pocius amirante propheta, volant vt nubes per aera penis virtutum et contemplacionis desiderijs subleuati. Hinc est quod frangiles homines sed celesti conuersacione sublimes congregantur in vnum, prodeunt in altum, de nouo erecta monasteria altaria diuina consurgunt, augetur deuocio, dilatatur numerus deuotorum, cum illi tamquam vera mundi luminaria scintillas exemplares emittunt, famam spargunt aromaticam suauitatem superne patrie quadam pregustacione amoris intimi proferentem. Hac igitur nos suaui inuitacione ac salubri imitacione prorsus inducti, locum nostre diocesis, qui nunc Egelcell dicitur aptum esse credentes pro monasterio construendo primo ecclesiam ibi sitam que nunc Egelhartcell vulgariter vocatur, a iurisdictione nostra et Pataviensis ecclesie tam quo ad legem diocesanam, quam quo ad legem iurisdictionis omnino absoluimus et in perpetuum eximimus, cum suis capellis decimis et alijs attinentijs quibuscumque, capituli nostri benigno accedente consensu ipsamque ecclesiam omni libertate potiri

---

[1]) Bernhard von Prambach, Bischof von Passau, empfiehlt dem Papste Engelhartszell. 1293; von Bonifaz VIII. bestätigt 1296.

volentes qua cysterciensis ordinis monasteria perfruuntur. Offerentes oblacione sollempni eandem memorato ordini et incorporari procurantes eidem iure filiationis monasterio de Wilhering subici nouellam nostram plantacionem, ordinauimus ipsam de cetero de consilio ac regimine secundum statuta cysterciensis ordinis gubernandam, ad quod tamen in illo loco construendum nos mouerunt cause alie rationabiles et motiue, quia cum in illis partibus frequenter fuerint et sint adinuicem discordantes speramus quod ingredientibus ad locum illum veris filijs vere pacis super eum pax domini de cetero requiescat, ad hec ascendentibus versus Patauiam, nec per longam vie distanciam, hoc est inter Ewerding et Patauiam, nec honesti viri aliquid inuenerunt hospicium, nec pauperes receptaculum aut corporis alimentum, sicque dicta illa nimis existerent honerosa salubre preuidimus velut in medio spatio itineris habitaculum dei fieri, vbi possent fatigatos transeuntium declinari. Erit etiam fauente domino in illo sanctissimo amabilis et pia karissimorum fratrum nostrorum canonicorum scilicet Patauiensis ecclesie consolacio, dum quandoque mundanis ad tempus vacare volunt fatigacionibus, aut etiam in aere salubri extra murorum ambitum forsitan iocundari quod ibi et sancte religionis habebunt copiam, et recreacio corporalis eis non denegabitur a dei ministris, qui vbique in suis monasterijs omni affluunt caritate immo duplici benedictione dulcorabitur illic eorum habitacio, dum et cibo reficiuntur corpora et corda gaudio infunduntur, considerantibus eis sic nouellam plantulam vigorem virtutis, virtutemque vigoris accepit, fauente domino pululasse, quatenus aput eam sic de liberalitatis gratia et inueniatur refeccio copiosa. Tunc in vinea sua inuenient fructum vberem, fructum visu pulcrum, auditu delectabilem, gusto suauem, consurgente sub eorem conspectibus scala illa iacob que de terra eleuatur in celum, portans nimirum vota hominum in celos et gratiam de celis hominibus reportando. Nec ammodo timere poterunt, quod eis quiescentibus vice ipsorum fratres celle angelice velut astra matutina et tamquam filij dei iubilare non desinent, sicque in predicta plantacione nouella ecclesia Patauiensis filios eterne deuocionis habebit, qui pro ea die ac nocte non tacebunt nomen domini collaudare. Quamuis autem canon permittat episcopis ut pro monasterijs de nouo fundandis possint canonicam id est quinquagesimam inpendere porcionem, nos tamen sancte Patauiensis ecclesie rebus inmobilibus parcere cupientes et ad diminucionem earum ex-

tendere manus nostras. prememoratam nostram fundacionem in Engelcell de patrimonio proprio quod ad nos ex paterna et materna successione descendit et alijs bonis per nos ex causa compositionis aut alijs iustis modis ac titulis acquisitis sine omni lesione inmobilium kathedralis ecclesie necessitatibus fundacioni iam dicte intendimus fauente domino sufficienter ac liberaliter prouidere.

CVIII. Consensus canonicorum super eadem plantacione nouella, cum oblacione parochie. Recogitantes nos hic ciuitatem non habere manentem sed expectare illam futuram, scilicet de qua gloriosa dicta sunt, cuius omnes incole sunt quieti, in qua facies in inhilo videtur, vbi cantant sancti canticum leticie ac iugis resonat iubilacio et vox laudis, confidimus in domino nos eo felicius inter illa beata milia letancium recipi et conscribi quanto deuocius diuini cultus preconia procurabimus in hoc peregrinacionis habitaculo dilatari. Cum igitur reuerendus in christo pater et dominus noster talis episcopus salubre propositum concepit ad honorem virginis gloriose Marie in loco qui Eng(elhartszell) dicitur, monasterium cysterciensis ordinis de nouo fundandi, nos eius religioso proposito cupientes adesse cooperacione fideli, ecclesiam parochialem ipsius loci eidem nouelle plantacioni quantum in nobis est damus et offerimus, et vt ipse dominus noster episcopus eam sue fundacioni applicet ac pleno iure subiciat liberaliter consentimus, sic vt si fratres conuentum faciant eorum vsibus deseruiat, et lege tam diocesana quam iurisdictionis exemptus libertate cysterciensis ordinis cum suis capellis ac pertinentijs omnibus perfruatur.

CIX. Item apostolico vt nunciorum audiat relationes super excusacione innocentie. Sanctissimo in christo patri etc. Girum celi sola circuens et profundum abyssi penetrans fluctusque maris diuina sapientia perambulans, vacante olim sede apostolica, cum omnibus querens non inueniret columbina eiusdem simplicitas, vbi requiesceret pes illius tandem super vos tunc in hereditate domini, videlicet in transmarinis terre sancte limitibus[1]) commorantem tamquam super humilem et quietum ac

[1]) Theobald, Erzdiakon von Lüttich, wurde während seines Aufenthaltes in Palästina am 1. September 1271 zur päpstlichen Würde berufen. Er nahm den Namen Gregor X. an und wurde am 27. März 1272 geweiht; stirbt 1276.

trementem sermones ipsius creata (sic) ab inicio requieuit, virentemque laudabilem ac famosam conuersacionem vestram velut in archa, non sine tedio tante more positis reuerendis in christo patribus sacrosancte Romane ecclesie cardinalibus, vtpote ramum virentis oliue ad vesperam portauit, reportauit in omni gente et populo christiano primatum vobis tamquam electo e milibus imponendo, oliuam igitur vberem pinguem fructiferam speciosam in domo immo super domum domini constitutam, sanctitatem vestram, tanta excipimus reuerencia, tanto fauore diligimus, tanto reueremur honore, quanto cercius estimamus, quod modernis temporibus non ascendit quisquam summi pontificatus ad apicem, de cuius regimine salutari per orbem terrarum spes generaliter et habundancior ab omnibus fiducia gereretur, quod sine accepcione personarum sit vniuerse gregis vestre prouidencia, contemplacionis invigilet circumspecte, sicut inscrutabilis est diuini consilij altitudo, sortiri vos locum et nomen voluit vigilantis. Sanctitati igitur vestre nos humilem filium ac deuotum sancte ecclesie offerentes, rogamus suppliciter et obnixe, quatenus nos inter vestros et sancte ecclesie Romane deuotos filios reponatis, et si forte quod non optamus fatentis vestris auribus quidquam deuocioni et subieccioni contrarium malorum fuerit insinuatione suggestum, hoc non ex fonte veritatis et iusticie, sed ex odij fomite procedere congnoscatis, presertim cum discrecione virorum timencium dominum et honorabilium et religiosorum sub quorum sumus manibus educati constet liquidius, nos nichil vmquam egisse in opere vel consilio fore conatos quod merito possit sedi apostolice displicere, vnde etiam super amaritudine mortis karissimi quondam Ch. nepotis nostri cor nostrum non poterit respirare nisi per vestre paternitatis consolatoriam dulcedinem et apostolice benignitatis elemenciam releuetur, que sola nouit et potest tantorum conferre solatia lamentorum, si maternis nos vberibus amplexata dignetur vt filium confouere, nostrumque statum inter ceteros Romani imperij electores[1]) paterna benedictione dirigere et petitiones nostras a licito et honesto nullo modo discrepantes effectum prosequentem complere nec accomodare de facili audientiam relatibus emulorum. Super quibus plenius proponendis ad presenciam sanctitatis vestre exhibitores presencium tales duximus destinandos, petentes humiliter ac deuote, vt ipsorum

[1]) Johann II. von Brandenburg. (?) hatte einen Neffen Conrad.

relatibus aures beniuolas et gratum fauorem dignemini adhibere Datum etc.

CX. Item ad apostolicum nouiter electum, excusacio innocencie, cum recommendatione. Sanctissimo etc. Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum, qui non secundum merita singulorum sed secundum sue gratie disposicionem congrua vtique dona distribuens, vos solum e multis, veluti vnigeniti filij sui vicarium emeritum, ad alme matris ecclesie gregem gubernandum dedit in pastorem, sub cuius felici dextera ipsa suauiter amplexata, repertoque quem quesiuit anxia vinea domini Sabaoth, viciorum purgata sentibus, et virtutum plantata palmitibus, germinet fructus salutiferos et caueat a nociuis. Vos siquidem quia in petra veritatis et iusticie firmissime persistere comprobamini, censetur reuera non indignum quemlibet in apostolice dignitatis vestre audiencia, ea que ex odij fomite prodire dinoscuntur refellere, ac ea que ex fonte veritatis et iusticie procedunt propalare. Verum cum Religiosi viri tales, in prouincia tali, aput celebris memorie dominum Johannem olim papam XXII dum predecessorem vestrum sinistre ac detractorie in sua fama laudabili fuerint vt plurimum denigrati, videlicet quod nonnulli fratrum eorundem et specialiter electus ipsorum pro ministro prouinciali non fuisset, eidem domino Johanni fidelis reuerentia debita et condigna, super quo sanctitati vestre, cui me humilem filium offerens et deuotum, cupio in huiusmodi accusacione contraria, eam quam sentio et nosco, edere veritatem, certissimum protestando quod talis morbida et scandalosa rebellio, in fratribus dicte prouincie hactenus meis temporibus nunquam reperta extitit, nec adhuc vllatenus reperitur, quare eosdem fratres de premissis veraciter excuso, humiliter obsecrans, quatenus de largiflua vestre pietatis habundancia, ipsos tamquam innocentes seu insontes habere dignemini penitus excusatos. Nam ex familiaritate quam ad ipsum ordinem in illis partibus iam dudum contraxi, nequaquam talis rebellionis insolencia meam potuisset notitiam latitasse. Datum etc.

CXI. Item ad prelatum nouiter electum sic scribitur. Venerabili in christo patri etc. suscepti regiminis felicem progressum et exitum cum salute. Gloria in excelsis deo, cuius prouidencia et dispositione, talis ecclesia sue viduitatis merore deposito, vos tamquam sponsum nouum, ad sui gubernacionem confor-

men et ydoneum se gaudet inuenisse, qui in ea fructus germinet salutiferos et caueat a nociuis. De quo et nos reuera in mente nostra vehementem et inmensam concipientes leticiam, ex intimis peroptamus, vobis in noui suscepcione regiminis, accrescere laudem gloriam et bonorem in hac vita et perhenni. Quidquid sumus et possumus vestris semper specialissime nutibus exponendo. Datum etc.

CXII. Ad papam pro absolucione homicidij. Sanctissimo etc. Lator presencium instigante humani generis inimico laycale homicidium perpetrauit, vnde ipsum vestre sanctitati transmitto petens humiliter, et deuote quatenus iniunctis sibi penitentijs salutaribus ipsum a tali reatu misericorditer absoluatis. Datum etc.

CXIII. Rescriptum. Auctoritate michi a sanctissimo etc. tradita et commissa . . exhibitorem presencium vere confessum et contritum iniuncta sibi penitentia salutari, vobis recommitto, et ecclesie introitu restituto, absolutum sub hac forma fidelicet, quod idem et sextus amicorum suorum (sic), nudus capite, discalciatus, et discinctus sine palio sola tunica contentus, cum ad propria venerit circa ecclesiam processionaliter incedat, per vnum annum proximum quolibet mense vnam feriam sextam, et vigilias beate virginis in pane et aqua et septem annis sequentibus ferias sextas ieiunet more solito et consueto, alijs insuper penitentijs sibi datis quibus suam duxi conscientiam onerandam. Datum etc.

CXIV. Sic formantur peticiones pro beneficijs Ecclesiasticis adipiscendis, et primo intercessio ad papam pro beneficio. Sanctissimo etc. Sicut boni operis fructum sibi comparat, qui deuotis suffragijs, vt prouideatur emeritis elaborat, ita graui semet ipsum afficit dampnacione qui intercedens laborat de certa scientia pro indignis, rectum igitur in huiusmodi accionibus iudicium est habendum, huius igitur pater sanctissime conscientie non ignarus, ad vestre sanctitatis gratiam recurrendo, oro, et supplico precibus humilibus et profusis, quatenus, M. clerico et presbitero capellano meo dilecto, cui nondum de beneficio ecclesiastico, quantum ipsius condeceret merita probitatis, dinoscitur esse prouisum de largiflua vestre habundancia pietatis gratiam ampliorem in prouisione ecclesiastici beneficij, facere dignemini, retribucionis perpetue ob amorem, vt hic cui preclare vite merita suffragantur, a pijssima vestra plenitudine potestatis, ad melioris loci beneficium attollatur, ipsum enim, coram vestra beatitudine clericalis officij amministracionibus

censeo et reuera profiteor non indignum, cum omnis sua etas ab annis puerilibus vsque ad perfectiora sua tempora pro bonorum morum et ecclesiastice discipline stipendia cucurrisset, et omnis sua prior vita laudabiliter sibi prebeat testimonium probitatis.

CXV. Canonici referunt gratiarum acciones apostolico quod eis prouidit de sollempni viro in prelatum. Sanctissimo etc. Bonorum auctori inherentes, et pro bono melius reddentes, ne ingratitudinis vicium in nobis notabiliter reprehendatur, vestre magnifice sanctitati et prouide paternitati ut filij deuoti humiliter regraciamur, quod filie vestre Pragensi ecclesie dignatus estis de persona ydonea instinctu sancti spiritus et gratia prouidere, scilicet presbitero M. capellanie vestre hostiario, canonicatum et prebendam, quam quondam talis in eadem nostra Pragensi ecclesia obtinuit, conferentes de gratia speciali, nos vt filij vestri humiles et deuoti, vestris preceptis et mandatis, vt ex debito et iure tenemur obedientes, dominum P. talem canonicum nostrum procuratorem eiusdem domini M. ad hoc specialiter constitutum in persona ipsius domini M. iuxta mandati vestri tenorem recepimus in canonicum et in fratrem, sibi stallo in choro, loco in Capitulo, et alijs quorum communis vsus canonice cum plenitudine iuris canonici, assignatis. In cuius rei testimonium etc.

CXVI. Sic scribunt canonici, illi cui est prouisum. R. dei gratia prepositus. Totumque capitulum etc. Omnis spiritus laudet dominum, cuius prouidencia et disposicione communis pater dominus Jo. papa XXII^us [1]) te vniuersitatis nostre collegio dignatus est per beatorum martirum merita sociare, videlicet tibi prebendam et canonicatum quem quondam talis canonicus eiusdem Pragensis ecclesie, in eadem ecclesia obtinuit, conferens de gratia speciali, de quo reuera in immensum congaudentes, et ipsa prebenda quasi iam perieerat, per te est recuperata, et ad sinum dicte Pragensis ecclesie reuocata, dominum P. talem canonicum nostrum procuratorem tuum ad hoc specialiter constitutum, in persona tua recepimus in canonicum et in fratrem etc. ut supra in proximo.

CXVII. Intercessio seu promotoria vt aliquis eligatur in episcopum. Sublato de medio proch dolor venerabili quondam Salzburgensi episcopo principe nostro dilecto in cuius fidei et deuocionis constancia nobis reuera complacuit, ad hoc

[1]) 1316—1334.

nos omnes dirigere cogitaciones et opera que insignis Salzburgensis ecclesia sue viduitatis merore deposito, sponso se gaudeat ydoneo copulata, qui in ea fructus gorminet salutiferos et caueat a nociuis, verum cum diffusis lacius per orbis circulum oculis hominis vtriusque, et consideratis multarum conditionibus personarum, non inueniamus alium quam vnicum pre ceteris magis vtilem ecclesie memorate, videlicet talem, per quem vtique sicut firmiter opinamur, ipsa ecclesia votiue iocunditatis solamen suscipiet, si sibi meruerit copulari, sinceritatem tuam monemus studiose mandantes, et principientes tibi nichilominus, quatenus in archiuo memorie reuoluas continue quelibet beneficia que a nostra celsitudine multociens alacriter suscepisti, et postpositis tam nostris quam tuis et aliorum quorumcunque negocijs quamcumque arduis, ad capitulum Salzburgensis ecclesie te transferre aliqnatenus non omittas et cunctis ad quos spectat electio futuri pontificis, hunc inspires spiritum, et eos secundum industriam tuam ad hoc sagaciter exhorteris, quod in predictum, talem, votorum suorum desideria transferant, et eum assumant alacriter in pastorem, nam ad proficiendum ipsum eidem ecclesie tam feruenter labore concepimus, quod nec parcemus laboribus uel expensis, donec in eo nostra desideria compleantur. Hoc ideo tibi scribimus ut tu voluntate nostra cognita eo solercius et feruencius in dicto studeas negocio laborare.

CXVIII. Item de eodem intercessio. Quanto procelsiorem ceteris insignem Salzburgensem ecclesiam fecit antiquitas, quantoque eam prefulgidis margaritis ornatam cognouimus alijs digniorem tanto grauius anxiamur intrinsecus, et ingiori sollicitudine non numqnam nocturna pretermissa quiete pensamus, qualiter ipsa ecclesia pij pastoris solacio destituta, noui sponsi substitucione refloreat et in rediuiue iocunditatis dulcedine collocetur. Sane cum diligenti examine ponderatis multarum condicionibus prouinciarum et quesitis ab alijs illorum moribus quorum noticiam non habemus, vnum solum e multis vobis elegerimus in pastorem videlicet talem qui velut lucifer matutinus in multis fulget virtutibus et altis scientiarum titulis adornatus, si quid ipsa ecclesia ad gubernacionem eius felicem peruenerit, gaudebit sponsum inuenisse conformem, sub cuius dextera suauiter amplexata, reperto quem quesiuit anxia in pacis pulcritudine conquiescet, deuocionem vestram rogamus, monemus, et hortamur omni quo possumus studio et affectu, quatenus, tam alte laudis hominem quem non solum generosa prosapia ex qua traxit originem,

verum etiam morum et vite claritas ac scientia literarum, et laudanda castitas que omnium virtutum est genitrix, reddunt ingenuem et potentem, ad dicte vestre ecclesie regimen conuocetis, et in eum vestra desideria concorditer dirigatis, omni certo certius tenentes, quod per eum adaucta sic erit ecclesie vestre felicitas, que inopinata pace perpetuo gaudebit, ad quod manum regiam semper senciet fauorabiliter adiutricem. Datum etc.

CXIX. Sic formantur preces primarie pro beneficio. Cum in nostre sublimacionis potencia quelibet conuentualis ecclesia sub Romano imperio constituta super vnius prouisione persone preces nostras admittere teneatur, pro honesto viro tali, vobis fiducialiter offerimus primarias preces nostras, deuotionem vestram attente rogantes, ac regia vobis nichilominus auctoritate mandantes, quatenus pro nostra et imperij reuerencia ipsum recipiatis in canonicum et in fratrem vestrum de prebenda si qua vobis vacat ad presens uel quam primum ad id obtulerit se facultas tam liberaliter prouisuri, quod proinde vos et vestram ecclesiam teneamur extollere et condignis honoribus ampliare.

CXX. Item preces primarie pro beneficio. Inclite recordationis diuorum imperatorum et regum Romanorum illustrium predecessorum nostrorum, qui secundum approbatam sacri Romani imperij consuetudinem super prouisione vnius persone a quolibet principe uel prelato habebant petere et sine difficultate qualibet exaudiri, vestigijs inherentes, preces nostras primarias, pro tali, sinceritati, tue fiducialiter duximus porrigendas, ex affectu plenissimo te rogantes, quatinus pro diuina, nostraque, et Imperij reuerencia, de competenti beneficio uel prebenda, ad tuam collacionem spectante, quam primum ad id se facultas obtulerit, studeas tam liberaliter prouidere, quod proinde te et tuam ecclesiam condignis debeamus preuenire fauoribus et honoribus prosequi generosis, cum in nostre sublimacionis exordio, tibi pro tali, vt sibi, de prebenda, uel beneficio, prouideres. Datum etc.

CXXI. Item de eodem. Amonitio post primarias preces exauditas. Non excidit a nostre maiestatis memoria quod in nostre sublimacionis exordio pro viro discreto tali, preces nostras primarias que iuris et approbate consuetudinis tramite fulciuntur vobis porrexerimus, deposcentes eidem per vos de beneficio ecclesiastico ad collationem vestram spectante, quod clericis secularibus solitum sit conferre, deberetis, quam primum ad id se facultas offeret pro dei ac nostra reuerencia liberaliter prouidere, quidem

preces admisit exaudicione gratuita, vestra deuocio commendanda, obligacione per vos facta, super prouisione huiusmodi per literas vestras patentes iuxta nostrarum precum seriem et affectum. Vnde ne cum lapsu temporis iura labi regia, uel affectus ille sincerus, quo promocionem prefati, aput vos regalis instaurauit benignitas tepescere videantur non sine causa decreuimus instantia seriosa vestram beniuolenciam commonendam, rogantes et auctoritate precise vobis mandantes quatinus prelibato cuius honori et profectibus ob sue perseuerancie merita intendere efficaciter nos delectat, non obmittatis quam cito facultas se ingesserit, de beneficio ecclesiastico quod acceptare voluerit prouidere, nullam sibi aliam personam per quamcumque formam aut modum inductam seu per quoscunque prouisioni vestre exhibitam, uel exhibendam in hoc aliquatenus preferentes, immo in acceptacionis gracia sic eidem per vestram prouidenciam fauorabiliter caucatur, quod dum vacare vobis ceperit beneficium qualecumque illud sibi primitus exhibeatur, ut possit ex pluribus vnum quod dilexerit acceptare, vel forte de primo si prospera sors dederit sit contentus. Ex prouisione namque huiuscemodi vobis et vestre ecclesie comparabitur nostre gratie plenitudo, que quidem gratia in aculeum pungitiuum. Datum etc.

CXXII. Item de eodem intercessio pro beneficio. Affectantes ex animo virum honorabilem talem in canonicum Spirensis ecclesie, virtutum suarum et sincere deuocionis quam ad nos gerit meritis exigentibus promoueri, deuocionem tuam de qua plenum actenus fiduciam habuimus, studiose requirimus et mandamus quatenus in personam ipsius talis, pro nostra reuerencia dirigens votum tuum, ope studeas et opere (sic) quantum poteris promouere, vt idem canonicatum et prebendam, sicut honorabilibus viris preposito, decano, totique capitulo scripsimus consequatur, pro quo grates et gracias a nostra benificencia reportabis.

CXXIII. Item preces pro beneficio ecclesiastico. Dignum iudicat nostra serenitas et congruum arbitratur, vt hij quos literarum scientia, propria probitatis merita et virtutum opera recommendant ampliora, beneficia a superiorum gratia pre ceteris consequantur, hinc est quod nos promocionem talis ob ipsius condiciones laudabiles sereno vultu intendere cupientes, pro eo fiducialiter vobis offerimus preces nostras, ex affectu beniuolo vos rogantes, ac requirentes a vobis pro obsequio speciali, quatinus eundem pro nostra et imperij reuerecia recipiatis liberaliter in canonicum et in

fratrem, sibi de prebenda si que ad presens in vestra vacat ecclesia uel quam primum ad id se facultas obtulerit prouisuri. Sic quod obindeetc.

CXXIV. Recommendatio alicuius presentati ad beneficium ut episcopus presentationem admittat. Reuerendo in christo etc. Morum honestate laudabili et clara conuersacione quibus familiaris et dilectus capellanus noster talis, aput nos pluribus annis frequenter claruit, intantum noscitur commendatus, quod de eo ecce dilectus noster in quo nobis complacuit merito potest dici, eius igitur actibus virtuosis ante oculos nostros tamquam lampas ardens, lucentibus excitati, paternitatis vestre dominacioni, eundem nostrum capellanum gracie vestre recommittentes, in domino humiliter deprecamur, quatinus intuitu dei dignemini recipere et admittere generose, eiusdem capellani nostri prefati presentacionem, qua ipsum paternitati vestre ad talem ecclesiam exnunc vacantem, honorabilis vir talis, duxit nuper suis literis presentari, quia nedum nobis, sed et alijs pluribus constat, quod eidem ecclesie bene et sufficienter per eundem virum sine dubio est prouisum, et quidquid gratie ei feceritis nobis noueritis esse factum. Datum etc.

CXXV. Item recommendatio ad apostolicum pro aliquo volenti impetrare iudices et indulgentias. Sanctissimo etc. Cnm nos fratrem Vlricum monachum domus nostre exhibitorem presencium, ad vestre sanctitatis clemenciam transmiserimus pro iudicibus impetrandis commissionibus ac alijs indulgentijs, prout formate peticiones nostre continent, obtinendis, et cum in huiusmodi procurandis verus et certus sit nostri monasterii procurator, sanctitatis vestre genibus prouoluti precibus replicatis, et deuocione qua possumus supplicamus, quatinus propter gratiam et fauorem, quem ad nostrum ordinem in exhibitis beneficijs gratuitis et benignis, vos habere congnouimus specialem, monachum prelibatum serena facie, ac fauorabili pietate dignemini respicere facientes eundem secundum vestre sanctitatis clemenciam et nostre precis et necessitatis instanciam quantocicius potueritis expediri vt nos proinde pro vestra salute pariter et bonore cum instancia quanta possumus et deuocione diuine clemencie supplicemus. Datum etc.

CXXVI. Ad cardinales pro nunoijs promouendis apud papam recommendatio. Quamuis sancta Romana ecclesia firma et immobilis omni tempore, in vere fidei ac religionis sinceritate persistat, utpote pro qua in beato Petro vnigenitus dei filius

qui a patre exauditus est pro sua reuerencia de hoc mundo transiens supplicauit, vt non deficeret fides eius, tanto tamen nunc validius omni existit ecclesiarum firmamentum quanto forcioribus innixa columpnis est per dei graciam firmior in se ipsa, cum igitur vos ac ceteri domini cardinales sitis patres conscripti senatus sancte vniuersalis ecclesie, quos et consistorio summi pontificis decet semper asistere, veluti qui estis sui corporis sincera pars, in quorum humeris posuit dominus cardines orbis terre, vt sicut in cardine hostium voluitur, sic vestra prouidencia mundi machina gubernatur. Ideo vniuersis quidem cardinalibus in genere, vestre autem paternitati in specie deuocionem nostram subicientes humiliter ac deuote, nuncios nostros tales, gracie vestre duximus commendandos petentes cum fauore, quatinus, dignanter et benigne audientes eosdem, ipsos in presencia summi pontificis in execucionem negociorum nostrorum dignemini cum efficacia promouere.

CXXVII. Item de eodem. Reuerendis in christo patribus ac dominis venerabilibus sacrosancte Romane ecclesie cardinalibus vniuersis, H. dux talis etc. Quia sedes apostolica cunctis in orbe terrarum prefertur ecclesijs, immo domino disponente caput est ecclesiarum omnium et magistra, ideo ille magni consilij angelus tanto maiori voluit gubernari consilio, quanto rectius (?) ad eam in negotijs suis cuncti defluunt et in eam respiciunt oculi tocius populi christiani, cum igitur vos sitis corporis apostolici latera incorumpta, ac personam que maiestatem altissimi representat velut pacis angeli circumstantes, quatenus ad eum preces et vota fidelium et ab eo fidelibus graciam offeratis, existentes, quod splendore virtutum lux mundi, sal terre, per temperanciam discrecionis, vasa aurea et argentea per perspicue eloquencie incrementa, bases illius mirabilis edificij vnde sumunt omnis fidei regulam et viuendi speculum, et vbi consistunt vera exemplaria futurorum. Huius itaque rei gracia tantis ac talibus patribus nostre humilitatis deuocionem tanto fiducialius exhibemus, quanto magis consueuerunt norunt et possunt prouidere vtiliter et consulere prvdenter causis principum orbis terre. O vtinam dorsa vestra plena oculis veri amoris scintilla mediante respiciant et contemplentur limpidius statum nostrum rimentur facta, discuciant acciones, quibus atteneiori etate bonorum et maiorum consilijs et precipue bone recordacionis incliti quondam Regis talis soceri nostri paternis erudicionibus et exemplis edocti, sanctam Romanam ecclesiam didicimus in

timore omnium reuereri, vosque sanctos patres et dominos, et si non crebris propter viarum discrimina, nuncijs saltem continua et frequenti deuocione recolere, vestrumque mandatum omni mentis promptitudine prestolari. O vtinam erga vos optatum nostra suspiria debeant inuenire solacium, qui non solum utroque dudum parente, verum etiam predicto socero nostro, immo eciam pie memorie ipsius filia karissima quondam consorte nostra, orbati, letati, adhuc predilecti olim Ch. nepotis nostri exicio sauciantur nec poterimus absque consolacione modum ponere in lamentis duplici nos doloris aculeo pervrgente. Quod videlicet miserandus idem nepos noster, nostro consilio non attento utpote immaturum etate debilem viribus et amicorum auxilio destitutum tanto se discrimine exposuit inprouise contra sedis apostolice voluntatem, et quod permissione diuina tam crudelis fati mortem excipiens tamquam lesus in primo flore botrus (sic) nichil nobis aliud quam cordis amaritudinem propinauit, attendite igitur et videte si est sine apostolice benignitatis consolacione remediabilis dolor ille qui tamen vestris accedentibus consilijs poterit aboleri, si propicios vos mediatores erga ipsam sedem in causarum nostrarum prosecucione senserimus vtpote a tantis patribus in filium adoptari. Super hijs igitur vniuersitati vestre plenius proponendis ad presenciam vestram etc. ut supra.

CXXVIII. Item ad cardinales recommendacio alicuius pro beneficio impetrando. Reuerendo in christo patri et domino, domino, Jo(hanni). tit. sancti Ruffi Cardinali etc. Cum vos ac ceteri domini cardinales sitis patres conscripti senatus sacrosancte Romane et vniuersalis ecclesie, quos et consistorio summi pontificis, decet semper assistere, veluti qui estis sui corporis pars sincera, in quorum humeris posuit dominus cardines orbis terre, vt sicut in cardine hostium voluitur, sic vestra prouidencia mundi machina gubernatur, Vos nichilominus ipsum qui maiestatem altissimi representat velut pacis et salutis angeli circumstantes vt ad eum preces et vota fidelium et ab eo fidelibus graciam offeratis. Huius igitur rei gracia, vestre paternitati, deuocionem nostram subicimus humiliter et deuote supplicantes, quatinus Ch. clericum talem exhibitorem presencium, cui nondum de ecclesiastico beneficio prout ipsius condeceret merita probitatis, est prouisum, in assecucione beneficij ecclesiastici, in presencia, domini nostri summi pontificis dignemini promouere retribucionis perpetue, ac orationum nostrarum humilium ob amorem,

vt hic cui preclare vite merita suffragantur, mediante largiflua vestre pietatis habuudancia, beueficium ecclesiasticum adeptus, vos diuine memorie crebris orationum suffragijs recommendet.

CXXIX. Item ad cardinales uel canonicos ecclesie Romane recommendacio alicuius promouendi apud papam. Venerabilibus et generosis dominis,. dominis . . . priori, totique capitulo gloriose basilice principis apostolorum, alme vrbis, P. dei gracia etc. cum orationibus humilibus, reuerenciam debitam et condignam. Quia magni consilij angelo disponente, vestrum sacrum venerandumque collegium, ceteris in orbe terrarum, veluti lucifer matutinus insignioribus prefulgens margaritis, tanto firmiori auctoritatis eximie ac consilij, fulcitur tramite, tantoque prestanciori graciarum multifariarum et virtutum adornatur claritate, quanto rectius et tucius ad illud cuncti defluunt, necnon in ipsum reuera respiciunt oculi tocius populi christiani. Huius itaque rei gracia, vobis dominis reuerendis, nostre humilitatis deuocionem eo fiducialius exhibemus quo magis ex consuete benignitatis ingenuitate, noscitis et potestis, cunctis emeritis prudenter consulere ac vtiliter prouidere vestre gratie, religiosum virum talem, qui actibus virtuosis ante oculos nostros tamquam lampas ardens frequenter claruit, solercius recommittentes, pro ipso et cum ipso votiue supplicando, quatinus ipsius probitatis et obsequiorum meritis, serena facie ac pietate generosa, cousideratis et inspectis, eundem sanctissimo in christo patri et domino, domino B. sacrosancte Romane sedis summo pontifici, cum vestris literis fauorabilibus et effectiuis dignemini presentare, ad alcioris status, gradusque emiuencia prout sua requirunt merita, efficacius promouendo. Vt eius merita premiorum graciam et fauorem, aput largifluam vestre pietatis habundanciam se gaudeat copiosius inuenisse, quodque obinde tam nostra quam sua, circa vos semper deuocio augeatur. Firmiter si quidem credimus et ex hijs que in eadem persona prouida coniectura perpendimus, presumimus confidenter, quod quidquid sibi promocionis, gracie uel fauoris inpenderitis nedum in humane laudis preconio, verum etiam in diuine circumspeccionis beneplacito collocetur. Datum etc.

CXXX. Item recommendacio alicuius promouendi super eodem. Reuerendo et preclaro domino, domino Vrsio, venerande basilice principis apostolorum alme vrbis canonico P. dei gracia etc. cum omnimoda reuerencia oraciones etc. Si super illarum

personarum votiua promocione, quas deo amabiles, et hominibus esse dinoscimus graciosas, vobis affectuosa nostra precamina porrigamus, diuine retribucionis premium et humane laudis preconium ex eo consequi minime dubitamus, sane cum religiosus vir, frater talis, exbibitor presencium, morum honestate laudabili et clara conuersacione, intantum noscatur commendatus, quod reuera non indigne, ad alciorem statum, gradumque meliorem meretur efferi. Benignitatis vestre inmensitatem rogamus plenissimo cum affectu. Quatinus eundem, quem sue probitatis et industrie merita, nobis specialiter recommendant, vobis habere dignemini propensius recommissum. Ipsumque in suis agendis quibuslibet et peticionibus, apud venerabiles dominos. . . . priorem et capitulum salutifere basilice principis apostolorum predicte, de innata vobis clemencia, quemadmodum hactenus vt asserit consueuistis, efficacius promouentes, eisdem dominis hunc velitis inspirare spiritum, eos nichilominus, secundum vestram industriam adhoc sagaciter exortando, quod eius prouisioni, in assecucione status dignioris, prout ipsius condecet merita probitatis, ampliori gracia superintendant, pro quo vobis aput deum crescit meritum, et aput homines clara fama, nosque cum condignis graciarum accionibus beneplacita vestra et mandata, omni mentis promptitudine prestolamur. Datum etc.

CXXXI. Peticio vt princeps qui interfuit destruccioni alicuius monasterii, pro eius reformacione manum porrigat adiutricem, et quod intercedat apud episcopum vt pro eiusdem monasterii restauro peticionem concedat in sua diocesi. Magnifico principi et domino etc. Vestro magnitudini ad memoriam reuoco, quod cum olim de tali loco, cum exercitu veniretis et ad obsidionem ciuitatis talis vos posueritis, et ibidem ciuitatis eiusdem preurbia manu potenti ac valida fuerint inuasa, et ignis voragine penitus desolata, monasterium tale cuius ego licet indignus sum abbas rector et prouisor, hostilitate simili fuit quasi funditus extirpatum, nam quod predo reliquit, igne consumptum est, cui quidem tristi spectaculo, vos non solum potencialiter sed et presencialiter affuistis, et quia fama vulgaris vos commemorat, omni afflictorum, presertim piorum locorum ac personarum in christi degentium famulatu, esse precipuum ac eximium zelatorem, vestram duxi clemenciam improbandam, quatinus pro dicti monasterii restauro seu reformacione manum vestram auxiliatricem extendere dignemini, vt ex hijs et alijs vestris meritis in futura patria, eternum

vobis habitaculum comparetis. Preterea rogo, vt pro monasterio predicto, apud reuerendum patrem et dominum talem archiepiscopum curetis intercedere, quatinus pro ipsius reformacione peticionem nobis dignetur concedere generalem.

CXXXII. Promocio, vt episcopus concedat peticionem generalem in sua diocesi pro reformacione monasterii destructi. Reuerendo in christo patri et domino suo karissimo, domino. F. sancte Salzburgensis ecclesie archiepiscopo M. dei gracia etc. cum debita reuerencia et obediencia orationes in christo humiles et deuotas. Frater. P. abbas et prouisor monasterii talis, data nobis peticione defleuit, quod cum illustris princeps et dominus noster, dominus talis dux, contractis olim armatorum copijs ipsam ciuitatem talem violenter aggressus, dicte ciuitatis preurbia ignis incendio deuastaret, prefatum monasterium, quod non magni spacij interiectu distabat, incendiorum voragine inualente heu fuit, eciam ad hostium miseracionem, tam in sacris vasis et vestibus, quam et in suis decoris edificijs, flebiliter deuastatum. Rogans vt pro predicti monasterii reformacione quod nobis duntaxat Cysterciensibus est dotatum, apud vestram velimus reuerenciam laborare, nos igitur compassionis affectu non inmerito prouocati, paternitatem vestram rogamus et petimus corde sincerissimo supplicantes, quatinus ipsius monasterii pro restauro, et vt brachio vestre amplitudinis releuetur, per vestram prouinciam, peticionem sibi concedere dignemini generalem, quatinus dictus locus, hostilitatis rabie desolatus vestri gracia consoletur. Ad exaudicionis vero graciam, quam nobis euenire speramus, noster compatriota fidelis et gloriosus, vester patronus, sanctus . . pater venerabilis, non dubitatur alludere, qui ob nacionis ydemptitatem, cunctis applaudit que videntur Cysterciensibus profutura.

CXXXIII. Princeps recipiens viduam in graciam suam recommendat eam suis hominibus inducendo ipsos ut ei fideliter apponant[1]). R. dei gracia etc. Prudentibus viris iudicibus, consulibus et ciuium vniuersitatibus, Prage et aliarum ciuitatum regni Boemie graciam suam etc. Illustris domina

---

[1]) 1280. Sept. — Oct. cf. Palacky Gesch. II, pag. 332 und Note 392, dann Kopp I, pag. 350.

Ch. Boemie regina, multimode sue virtutis qua claret prestancia, integri fauoris regij sibi graciam vendicauit, quod tam eam quam liberos suos cum omnibus sibi attinentibus in nostri et imperij proteccionis gremium gratiosissime colligentes dignissum estimamus, vt ad omnia et singula, que suis sunt profutura profeetibus et prouectibus nouerimus oportuna, omnem nostram diligenciam opem et operam quam scimus et possumus applicemus, suisque pressuris et angustijs remediabiliter consulamus. Sane nichil tam vtile nilque tam salubre tranquillo statui regni Boemie habito prudentum consilio reputatur, quam quod illustris O. marchio talis princeps noster dilectus, a grauaminibus et incomodis quibus predictam dominam reginam totumque regnum afficit resipiscens, predicte regine paruos suos remitteret, et relictis finibus Boemie ad propria remeare declinaret, propter quod vniuersos et singulos vos requirimus et hortamur, quatinus ad fidei et deuocionis debitum quo memorate domine regine suisque liberis astringimini, tamquam viri fide stabiles et deuocione constantes fideliter redeuntes, ipsum marchionem, ut ab inchoatis desistens iniurijs, ad proprios reuertatur terminos frequencius et solercius inducatis, quo facto parati erimus similiter a regni foribus discedere, cunctaque iuxta ipsius regine et nobilium Boemie consilium instaurare, que pacifici status tocius regni Boemie reformacionem inducere videbuntur. Si vero quod absit premisse nostre exhortacioni minus intendere curaretis, oporteret quod processu temporis proteruiencium in ipsam reginam et suos liberos quos defendendos suscepimus pertinaciam restringere iuxta iuris ordinem studeremus. Datum etc.

CXXXIV. Recommendatio alicuius volentis se a loco recipere cum protestacione fidelitatis sui operis et laboris. Reuerendis in christo patribus et dominis dilectis, vniuersis prelatis cuiuscumque religionis status aut condicionis existant, ad quos presentes peruenerint. P. talis prepositus, etc. Nouerit caritas vestra, quod dominus B. monachus et sacerdos, scriptor egregius et musicus expeditus nobis conmansit laudabiliter et honeste, libros quosdam necessarios choro nostro per integrum annum fideliter conscribendo. Quem vestre paternitati recommittentes consulimus nec non humiliter supplicamus, quatinus vbicumque se recipere voluerit in suo officio seruiendo, ipsum tamquam fidelem et fame sue laudabilem secure recipere debeatis. Datum etc.

CXXXV. Recommendacio alicuius ceci et sui ipsius.

CXXXVI. Item recommendacio alicuius volentis se ad seruicium recipere cum protestacione fidelitatis et probitatis.

CXXXVII. Item recommendacio alicuius volentis se recipere ad seruicium principis. Magnifico principi, domino O. illustri Boemie regi. M. dei gracia etc. salutem et felicitatis continue incrementa. Dilectionis intime feruor quo serenitatis regie preeminencia sinceris zelamus affectibus est nobis maxime tutamento, vt ad eam nostra precamina debeamus dirigere confidenter, sperantes quod regalis ingenuitas animi, que sue benignitatis oculo consueuit vniuersis coniuncter (sic) arridere, nostris peticionibus, excepti quadam prerogatiua luminis fauorabilius blandietur, inde est quod celsitudinem vestram exhortantes attencius postulamus, quatinus cum H. lator presencium, quem ob sue merita probitatis, gracia prosequimur speciali, arridentibus affectet desiderijs suum vobis deuote impendere famulatum, quia vestre non est modicum vtilis maiestati, ipsum recipere dignetur et nostri intuitu amoris habeat vestra magnificencia commendatum. Ita quod excellencie vestre referre possimus acciones multimodas graciarum, cum sibi apud vos nostra rogamina fuisse intellexerimus fructuosa.

CXXXVIII. Sic aliquis recipit licenciam a seruicio.

CXXXIX. Rescriptum.

CXL. Recipitur aliquis in Capellanum.

CXLI. Recepcio seruitoris cum recommendacione aput subditos. A. dei gracia etc. vniuersis etc. Strenuum virum talem quem ad nos et sacrum imperium Romanorum fidem habere sensimus et constanciam incorumptam fauore generoso prosequi disponentes, ipsum familie et familiarium nostrorum numero duximus aggregandum, vniuersitatem vestram diligencius exortantes, quatinus eidem tali, tamquam nostro famulo et familiari dilecto, fauoris beniuolenciam exhibentes, ipsum ob nostram et sacri imperij reuerenciam studeatis in suis negocijs quibuslibet efficaciter promouere, exhibituri nobis in eo obsequium bene gratum. In cuius etc.

CXLII. Item de eodem. Probitatis merita, morum decor et religionis honestas, quibus pater talis, laudabiliter decoratur, nobis merito induxerunt affectum, vt ipsum quem dignum esse dinoscimus fauoris specialis beniuolencia prosequamur, vt ergo affectum nostrum

euidenter agnoscat, et nostram beniuolenciam sibi senciat fructuosam, eundem exnunc in capellanum, vel seruitorem nostrum generose recipimus et familiaritatis nostre consorcio fauorabiliter aggregamus. Has sibi literas nostri sigilli munimine roboratas in testimouium concedentes.

CXLIII. Item de eodem promocio.

CXLIV. Peticio, vt nobilis non recipiat seruitorem ad suum seruicium. Cum sciamus vos nequaquam latere, multisque sit manifestum, talem nostris progenitoribus et nobis esse suis seruicijs alligatum, quem actenus nobis exhibere fuerat paratus, qui prout fama volante a quibusdam dicimus pro certo ad vestra seruicia transferre se intendit et iam fortasse possessiones a vobis tales recipiens vobis vult esse obligatus, petimus vos per presentes quod ipsum in nostrum preiudicium nou foueatis.

CXLV. Item recommendatio alicuius promouendi apud subditos.

CXLVI. Peticio ad quemdam episcopum, pro aliquo ab eo infeodando ut locum et tempus sui aduentus notificet. Venerabili in christo patri etc. cum reuerentia condigna oracioues in domino humiles et deuotas. Paternitatis vestre reuerencia teuore presencium apprehendat, quod nobilis vir, dominus talis, de quibusdam bonis ipsum prout asserit contingentibus infeodari per vestram graciam satis affectuose desiderat, loco et tempore vobis apto, et quia de vestro aduentu versus wiennam ipsi retuli, prout a vestris familiaribus intellexi, quare ad ipsius instanciam vestram deprecor paternitatem, obnixis precibus et deuotis, quatenus me vestris legacionibus informare dignemini in quo loco et termino dictus dominus se vestre gracie pro negocio huiusmodi debeat exhibere. Datum etc.

CXLVII. Item intercessio pro heredibus sexus muliebris iufeodandis. Reuerendo etc. Nobilis viri, domini talis, clare memorie quondam vestri vasalli, filie ac heredes paterno destitute solacio, ob spem cuiusdam gracie ac fauoris qua uos pietas vestra prosequitur, ut verius perceperunt, ad vestram graciam nostram intercessionem supplicem postularunt, quatinus, necessitudiue compellente, tum propter viarum discrimina, tum propter vestram personalem nimiam distantiam, moram fecerint seu faciant largiorem, petendi sua feoda, iure sibi successionis, ex obitu paterno relicta, non

eis a vestra beniuolencia, tamquam morbo contumacie laborantibus, inuertatur. Verum quia non solum heredum instancia, sed et ipsius patris bone memorie, vestri feodatarij antedicti, preclaris meritis. ac affectu singulari quo nos et nostrum monasterium semper dilexit et diligendo promouit, inducimur non indigne, vt cunctis efficaciter intendamus que ipsorum respiciunt commodum et honorem. Quare pro eis et cum eis, omni affectu quo possumus, vestre reuerende pietati humiliter ac suppliciter supplicamus, quatinus, eandem graciam et virtutem, quam olim patri in dictorum feodorum inuestitura dum etiam per multum temporis protacta fuerat liberaliter ostendistis, vt virtutes continuetis virtutibus, presertim cum et necessitas hoc exposcat, in heredibus ostendatis, et moram si quam in posterum fecerint sine earum preiudicio tolleretis. Scit enim vestra prudencia quod non aufertur nec deperit, quod ad tempus prouida dilacione relinquitur in suspenso. Ad hoc nimirum et vestrarum virtutum habundancias habundantia vos inducat, que eciam olim in concessione patris omnis heredes vtriusque sexus de eisdem bonis feodalibus successione hereditaria, voluit fecundari. Summi patroni in hac grata liberalitate et liberali gracia vestigiis inherendo, qui eciam a sue gloria maiestatis, nullum sexum excipit, immo nonnunquam infirma mundi eligit, vt ad nominis sui gloriam forcia confundantur. Pater reuerende nobis super premissis generosum responsum ac benignum dare dignemini, vt dicte heredes, nostra precamina aput vestram graciam sibi vtilia fuisse senciant, et nos ob id vestre bonitati multiplices graciarum acciones ac prompta seruicia, vna cum dictis heredibus teneamur exhibere. Datum etc.

CXLVIII. Peticio ciuium pro suo conciui, vt ciues alterius ciuitatis faciant ei iustitiam de eorum conciui super pecunie summa. Prudentibus viris etc. N. talis conciuis noster sua nobis insinuacione monstrauit, quod B. talis conciuis vester, sibi teneatur in quadam pecunie quantitate, videlicet in quatuor marcis, pro vno last stanni graui ponderis, quam ei iam longo tempore non persoluit. Qui cum preces nostras speret sibi aput vos fructuosas pro ipso et cum ipso rogamus attencius et deuote, quatinus, dictum B. conciuem vestrum commonitum habeatis, vt predicto N. pecuniam iam dictam persoluere non obmittat. Id taliter promouendo, vt peticiones nostras apud vos sibi senciat aliquantulum profuisse, et nos vobis teneamur ad gracias specialiter respondere.

Quidquid autem super hijs decreueritis nobis per latorem presencium demandetis.

CXLIX. Peticio ad quemdam ut conueniat secum pro habendo tractatu seu colloquio.

CL. Peticio pro consilio.

CLI. Item petitio in necessitatis articulo.

CLII. Recommendacio conueniens in quacumque causa.

CLIII. Item recommendacio.

CLIV. Item recommendacio negociorum promouendorum et de status informacione petitur. Reuerendo etc. P. exhibitorem presencium vestre paternitati affectuosius commendamus petentes, quatinus in hijs que eidem in partibus Austrie nostro nomine expedienda commisimus, ipsi velitis sicut de vestra beniuolencia sincere confidimus, vestrum auxilium et consilium fauorabiliter impertiri. Sane si in cunctis vestra sinceritas prosperitatis floret successibus ex hoc nobis consolacionis gaudium non inmodicum generatur, vnde et de status vestri qualitate petimus per exhibitorem presencium informari.

CLV. Recommissio negociorum expediendorum.

CLVI. Item promocio communis.

CLVII. Recipitur aliquis in fauorem specialem.

CLVIII. Item recommendacio communis. Specialem de vestra paternitate gerentes fiduciam, vos omni quo possumus studio et affectu petimus et rogamus, quatinus talem, in presencia reuerendi patris talis, habere velitis, quemadmodum Wienne vobiscum supplicando contulimus, in suis negocijs agendis et peticionibus, quem reuera ad opus pietatis esse creduntur, fideliter recommissum adherentes sibi consilijs et auxilijs vt confidimus oportunis, nam fauorem et fidelitatem quam sibi prout bene poteritis in hac parte feceritis, nobis exhibitam reputabimus, non dubitantes, vos proinde brauium in celis plenius adipisci.

CLIX. Peticio vt aliquis aquiescat peticionibus. Venerabili etc. Nobilis vir talis nobis crebro proposuit cum querela quod sua fundacio in loco tali constructa rebus suis et possessionibus a deo sibi collatis, dotata, quam vestro subiecit ordini, de die in diem tamquam omni destituta solacio, ad occasum aliqualiter se inclinet, volens seu pretendens obhoc eandem plantacionem alijs religiosis

committere ac conferre. Verum quia ipsum, nostris consilijs ab huiusmodi proposito iam dudum retraximus, dissuadentes sibi ne vestrum ordinem, inquietet tam grauiter et offendat, quin prius super eo in suis peticionibus vobis porrigendis, vestram cognouerit responsiuam, Sinceritatem vestram allieiendo, fructuosius exortamur, quatinus dicti vestri fundatoris, iustis peticionibus, que ad conseruacionem honoris et vtilitatis vestri ordinis accedere censentur, fauorabiliter acquiescatis, cum idem fundator, prout percepimus intendat petere, que vestro ordini, dinoscuntur fore vtilia pariter et honesta. Datum etc.

CLX. Peticio communis in quocumque negocio et pro iusticia facienda.

CLXI. Item peticio.

CLXII. Sic formantur intimaciones successuum cum recommendacione et graciarum acciones.

CLXIII. Item recommendacio et graciarum actio.

CLXIV. Item recommendacio negociorum.

CLXV. Item graciarum accio cum recommendacione.

CLXVI. Item etc.

CLXVII. Item graciarum accio de promocione et beniuolentia etc.

CLXVIII. Item graciarum accio, item pro beneficiis impensis filio etc.

CLXIX. Amicus amico ut quasdam literas prius corrigens alteri assignet.

CLXX. Mutua congratulacio amicorum de prosperis successibus congaudendo de aduentu.

CLXXI. Item amicus gaudens de aduentu amici mittit sibi nuncium obuiam. Audiens iam dudum vestram paternitatem direxisse ad ytaliam gressus suos, optabam fideliter vt dominus exitum vestrum et reditum haberet in sua custodia benedictum, et quia modo vester redditus me abintus exhilarat, accurro cum gaudio, dicens benedictus qui venit in nomine domini, misso nichilominus, tali, latore presencium, quatinus, ipse vos ex parte mea suscipiat alacriter viua voce, et quia karissimus dominus talis promisit ei benefacere, rogo graciam vestram, quatinus ipsum immo me in ipso dignemini promouere, sicut ante vestrum recessum a vobis personaliter postulaui.

CLXXII. Amicus inuitat amicum vt visitacione mutua recreentur.

CLXXIII. Amicus scribit amico, quare non visitauerit eum quando suas partes transiuit.

CLXXIV. Item quidam volens contrahere familiaritatem alterius scribit, asserens quod actenus propter locorum distanciam nichil sibi scripsit, sed de cetero non tantum vult sibi scribere, sed etiam in persona propria visitare cum recommendacione.

CLXXV. Item amicus excusans se de neglectis seruicijs offert se de cetero ad queuis seruicia paratum.

CLXXVI. Amicus notificat amico statum, et petit idem fieri econtra. Quoniam continuis desiderijs affectamus audire votiuos successus status vestri, cuius prosperitas ad magnam indubitanter consolacionem cederet lacrimabilium eventuum terre nostre, excellenciam vestram, affectu quo possumus imploramus, quatinus prosperos rerum que circa vos aguntur euentus, quos indesinentibus optamus proficere incrementis, nobis sepius per vestras literas, signare velitis beneplacita vestra et mandata fiducialiter iniungentes. Scientes quod in confeccione presencium plena vigebamus per dei gratiam sospitate, hoc idem de vestra affectuose magnificencia desiderantes audire, et affectuosius si possibile foret, corporalibus oculis intueri. Statum vero terre nostre prefate, vt ea, que nunc sunt ibi noua, per N. gracie vestre beniuolencia scire et intelligere poterit, et quedam que sibi iniunximus proponenda.

CLXXVII. Amicus amico de statu. Rescriptum.

CLXXVIII. Item recipitur aliquis in fauorem exhibicionis gracie specialis. Item sic, quando gracia specialis fit alicui familiari.

Super exaudicione precum captaciones beniuolencie.

Super inpotencia exaudicionis precum. Et vide primo alique prouerbia de ista materia.

CLXXIX. Item inpotencia super exaudicione precaminum.

CLXXX. Denegacio exaudicionis precum etc.

CLXXXI. Quod aliquis non vult exaudire preces.

CLXXXII. Excusacio canonicorum ad episcopum, quod non habeat pro ingrato quod non exequuntur mandatum suum. Super turbacione sancte Salzburgensis metropolis. Patauiensis ecclesia fidelis eius filia gemitus ingeminat. Cum igitur sicut deuocionis filij, iussionum vestrorum motibus ac nutibus alludamus, in vobis tamquam in patre consolacionis et gracie gloriantes, certe si quando a via mandatorum vestrorum deuiare cogimur si a vestris beneplacitis interdum cogimur dissentire, in hijs casibus actus exterior interiori voluntati repugnat, nec ad hoc voluntate mouemur, sed necessitate trahimur inportuna, et in ipsa accione agimus, sed contrarias passionum molestias in animo sustinemus quare humiliter supplicamus, quatinus nostro affectui vestra clemencia vicem reddens, pro graui non habeat, quod in ecclesia kathedrali cessari non facimus a diuinis, cum venerabilis pater et dominus noster episcopus Patav. nobis proscripta sua dulcedine aperuerit se suo nostroque nomine super execucione istius, et aliorum quorundam mandatorum perenalium, ad sedem apostolicam appellasse. Cum prorsus amara sit, capitis ac membrorum diuisio, ac per dei graciam in Patav. ecclesia omnino sit insolitum, capitulum a suis presulibus discordare, quod tamen ex ipsa qualitate facti esset acerbius in hoc casu, quia cum ipse iudex causarum et animarum existat et felix mucro episcopi dextere sue competat ex precellencia singulari, multe temeritatis existere videretur, si nos in hijs que a sue iurisdiccionis bonore dependent eo non annuente procedere temptaremus, hoc presertim tempore, cum ipse pro redempcione nostra offerat quod ammodo semet ipsum, affligens personam suam laboribus, quatinus res et honores, immo et ipsa Patav. ecclesia in pace quiescat, quia cum patrimonium ipsius ecclesie montes non operiant, nec valles includant, immo in planis austrie non possit a diripientibus occultari, timeri posset probabiliter, quod nos indignacio ipsius principis grauiter absorberet nisi nos idem dominus noster episcopus, aput ipsum suis obsequijs fideliter subleuaret. Parcat igitur circa interdictum illud vestra benignitas generosa, pie consideracionis oculis contemplando, quod Patav. ciuitas, prenominato principi nec subiacet nec adheret, et si forsan diceretur per hoc domini nostri episcopi negligencia punienda, quamuis eum non credamus fuisse negligentem, si tamen aliquibus contrarium videretur, adhuc talis obseruacio merito reduceretur in sanum intellectum, id est vt episcopo,

in ciuitate presente, pena huiusmodi seruaretur, cuius eciam deuotam mansuetudinem, et mansuetam deuocionem vestra debet gracia supportare, cum sole clarius appareat, quod obsequio beati principis sine periculo se non potest abstrahere ista vice, sic facturi vt tam sua quam nostra circa vos semper deuocio augeatur, et quia nobis amarissimum est animum vestre paternitatis offendere, et ab altera parte non minus acerbitatis continet, nos a beneplacito patris et ordinis dissentire, sed quia hinc inde angustias sustinemus, si vestra clemencia aliquod temperamentum saluberrimum inueniret propter quod etiam vestram non penderemus graciam, eidemque domino nostro debitam seruaremus reuerenciam, in hoc fieret nobis gracia super graciam immo infundaremur vberrime plena vberitate obtabilium graciarum.

CLXXXIII. Item excusacio ab execucione mandati. Inclitus princeps et dominus noster dux talis, per talem Iudeum, de multis que sibi in ista accione fiunt iniurijs, instrumentis et testibus, informatus, et ob hoc ad iracundiam concitatus, nobis sub graui comminacione, videlicet pena rerum temporalium et insuper sicut ipsius indignacionem euitare velimus districte precepit, ne ad mandatum cuiuspiam aut preceptum, subtracciones, inhibiciones, aut si quas sententias, contra dictum Iudeum latas, seu ferendas in posterum, execucioni mandemus, seu mandari ab alijs faciamus. Rogamus igitur vestram sinceritatem, de qua nobis semper est et fuit fiducia specialis, quatenus, nos ab huiusmodi vestris processibus habere velitis omnimode subportatos, ita videlicet quod nostra ecclesia in Pulka, maneat in quiete. Ipse enim nostis, quod tam grauis metus et comminacio tam aspera merito nos excusat, alioquin ad oportuni remedij presidia diffugium nos querere oporteret. Datum etc.

CLXXXIV. Item excusacio similiter in puncto exaudicionis precum. Reuerendo etc. Ingratitudinis vicio non indigne mereremur argui, dum vestris semper et vbique nollemus beneplacitis quantum facultas suppetit, adaptari, cum omne nostrum tam esse, quam posse originaliter sit a vobis, cuius quidem nostri affectus promptitudinem per dominum W. intimauimus, sibi vestram legacionem, aput nos de permutacione capelle talis, agenti respondentes, quod sicut actenus ita et nunc de eadem capella vestris vellemus complacere mandatis, presertim cum Wiennam personaliter veniremus super hoc nostri conuentus vt tenemur beneplacitum requirendo, nobis quoque venientibus, et vix pedem ponentibus monasterij

intra septa, confestim magnifici principis et domini nostri, ducis talis preces multiplices per magnos et sollempnes nuncios, emanarunt, tam instanter, quam impetuose, nos de collacione, dicte Capelle, plus quam credi poterit infestantes, nos vero quidquid excusacionis pretendimus, quidquid allegauimus obuiando, nunc de permutacione facta, nunc de alijs defensionibus, totum reputabatur inane et effectu caruit, quidquid per nos fuerat in contrarium actemptatum, fecitque precum suarum impetus adeo importunus, nos quasdam gracias et mandata papalia, quod etiam multum moleste ferimus, obaudire. Quare de vestra consueta benignitate speramus, quatinus presens factum quod ad aliam disposicionem, reuera quasi inpossibilitatem inclusit, pia nobis vestra paternitas non inuertat. Datum etc.

CLXXXV. Item excusacio exaudicionis precum generalis.

Sic formantur litere credencie.

CLXXXVI. Credencia siue procuratorium in ordinandis sponsalibus seu matrimonio[1]) Nos Elizabeth relicta N. talis. F. et L. fratres dei gracia tales duces, vniuersis presens scriptum inspecturis, constare volumus per presentes, quod nos in serenissimi domini nostri, domini H. regis Romanorum curia facimus constituimus et ordinamus, venerabilem patrem et dominum[2]) episcopum talem, presentem et mandatum sponte suscipientem procuratorem nostrum legictimum et nuncium specialem, ad agendum et tractandum seu tractatum faciendum de matrimonio contrahendo inter serenissimum dominum H. regem predictum et K. filiam nostram et sororem nostram[3]) F. et L. ducum prefatorum et de dote constituenda et donatum promptum acceptanda, et omnia et singula faciendi

[1]) 1312.

[2]) Heinrich, Bischof von Gurk.

[3]) Barthold Römerzug II, pag. 376 „Die Annäherung an Österreich kostete aber ein Opfer, welches Heinrich's gemüthlicher Natur wehe that. Nach dem Tode der Königin Margaretha hatte er nach einem neuen Gemahl sich nicht umgeblickt, vielmehr wird versichert, dass er auch als Witwer die früher gelobte Treue unverbrüchlich hielt. Wie nach der Kaiserkrönung Fürsten und Räthe ihm ernstlich die Nothwendigkeit einer zweiten Heirath vorstellten, soll er ihnen geantwortet haben: Meine Seele ist betrübt bis in den Tod und die Bitterkeit der Schmerzen verbietet mir,

circa hoc negocium ad que mandatum exigitur speciale. Promittentes sub ypotheca rerum nostrarum, nos ratum et gratum habituros, quidquid per eundem episcopum, requisito collegarum suorum a. et b. consilio actum et acceptatum fuerit in premissis et quolibet premissorum. Insuper promictimus bona fide, nos procuraturos et acturos, quod prefata K. ea que suo nomine tractata fuerint in premissis rata tenebit et accepta, eaque sub effectu debito suo loco et tempore adimplebit. Datum etc.

CLXXXVII. Item credencia super matrimonij contractu ordinando. Diuine deitatis prouidencia cuius nutu reguntur omnia et subsistunt, presentialiter vbique contuens (sic) vniuersa, ne lubrica microcosmi materia per deuia liberetur, aut naturalis affectionis, inuicem igniculus sine dilectionis fasciculo soluere-tur, in paradiso legem instituit matrimonij, per quam propagaretur, karitas in terris animorum, et nature procliuium virtus exciperet

---

der Sinnenlust zu pflegen. Jetzt nur fügte er sich in das Bedürfniss der Krone und es ward eingeleitet, für ihn um die schöne tugendsame Tochter König Albrecht's, Katharina von Habsburg, zu werben. Heinrich, Bischof von Gurk, und Wichard, Erzbischof von Salzburg, die dermalen im kaiserlichen Heerlager sich befanden, übernahmen die Werbung bei den Brüdern von Österreich, die so bereit waren, ihr Haus durch die angebotene kaiserliche Verschwägerung zu stützen, dass nicht allein der eine Freiwerber schon auf Paggibonzi mit dem Ring des Verlöbnisses zurückkehrte, sondern auch die Brüder des neuen Schwagers Sache machtvoll zu unterstützen versprachen." Barthold setzt diese Verhandlungen in das Jahr 1313 unmittelbar vor der Ankunft Heinrich's in Pisa, also Ende Februar oder Anfangs März. Er sagt ferner, dass nach der Kaiserkrönung die Fürsten eine zweite Heirath für dringend erachteten. Dieser Annahme widerspricht die vorliegende Urkunde, welche die Vollmacht der Mutter und der Brüder der Herzogin Katharina für den Bischof Heinrich, der eigens als Unterhändler der Heirath an den Hof des römischen Königs geschickt wird. Da unsere Urkunde Heinrich noch rex Romanorum nennt, so muss die Zeit ihrer Ausstellung vor 29. Juni 1312, die Verhandlungen wegen der Heirath vor die Kaiserkrönung fallen, damit zerfällt aber Barthold's Raisonnement, dass Heinrich, um sich Mittel zu verschaffen, sich gegen Robert von Sicilien zu verstärken „auf neue Mittel sann, um mit „dem hohen Sommer (l. c. 1313) im Felde erscheinen zu können. Das eine „war: Näheres Anschliessen an Österreich" u. s. w.

Die Verhandlungen mit Österreich waren bereits im vollsten Gange vor der Kaiserkrönung. (Dies besagt übrigens auch ausdrücklich die Stelle de coronatione etc. aus dem Anonym. Leob. Chron. (Pez. 905,) Böhmer font. 1, 373, obwohl Barthold sie für sich im Jahre 1313 citirt.)

bonestatis binc vnitatis et ydemptitatis affectio calescit, que descendentes ramusculos ad se retrahit, ex diuersis non aduersis vnum efficiens coniugij paritate. Cum itaque in sublimitate vestri nominis tamquam in ortu noui syderis ex intimis gratulemur, cupientes vt affectum nostre mentis, proximitatis annexio sequeretur, super matrimonio inter filiam vestram, et fratrem nostrum karissimum, de omni procerum et baronum nostrorum consilio magnifico viro tali cognato nostro karissimo vices nostras duximus commictendas, ad serenitatem vestram nichilominus N. talem super hijs et alijs qualibet auctoritate suffultum quanto cicius transmissuri, excellenciam vestram affectuosius requirentes, quatinus super hujusmodi contrahendo matrimonio, ipsi comiti vel eius misso velitis prompte exaudicionis fauorem et graciam impertiri, vt nostre felicitatis inuicem brachijs solidati glorientur et humiles, terreantur tumidi et conterantur, et adiuga veniant extere potestates. Datum etc.

Item credencia super negocijs procurandis.

Item litere credencie.

Item credencia super consilio percipiendo etc.

Sic formantur litere super morte ac alijs doloribus et aduersitatibus conquirendis et consolatorie super eisdem.

K. Kunigunde von Böhmen an Otto von Brandenburg, 5—15. September 1278.

CLXXXVIII. Sic regina de obitu mariti sui conquerendo vocat cognatum principem ad terram suam vt de regni sui comodo disponat. Karissimo filio suo domino O. inclito marchioni Brandenburgensi, K. dei gracia regina Bohemiae salutem quam sibi. Licet ex casu domini et mariti nostri predilecti, admodum commota fuerint et sint intrinseca cordis nostri, ex infanda tamen relacione quam nuper nostrum percussit auditum, dolores adduntur doloribus, et miserie miserijs cumulantur, audiuimus enim, quod dominus rex Romanorum non contentus eo, quod nos tam preclari mariti nostri awunculi vestri karissimi solacio reddidit orphanatam verum eciam ad finale nostrum et nostrorum puerorum nititur exterminium et iacturam, vnde cum maritus noster awunculus vester preclarus, dum ad infelicem expedicionem vellet procedere, si ipsum decedere contingeret, vobis nos et pueros nostros ac terras nostras, necnon et animam suam specialiter recommisit, tamquam ei de quo

babuit pre cunctis mortalibus confidenciam pleniorem. Dileccionem vestram profusis lacrimis omni precum instancia, exoramus, quatinus attendentes fidem, qua vobis dictus awunculus vester astrictus extitit et vos ei, pensantes eciam quod post deum vobis vnicum habemus refugium singulare, de nobis, pueris nostris, castris, ciuitatibus, terris et vniuersis regni nostri hominibus, vos intromittere dignemini, prout etiam priori vice petiuimus, sine mora, vt proinde, deus vobis et homines benedicant. Intercipientes celeriter quod dominus rex Romanorum, qui iam in nostri regni fertur esse foribus, filio nostro in terris suis prout cepit nulla inferat nocumenta, et ordinantes quod ipsum filium nostrum regnum suum permittat possidere pacifice et quiete, compaciamini ergo sanguini vestro, compaciamini pupillis et vidue, et ad nos sine more dispendio properetis, vt saltem barones milites et ciues regni nostri, qui vos habere et videre se appetunt, vt ex desiderata vestra presencia consolentur, et tanto prompciores et habiliores existant ad procuranda regni comoda et honores, et non cogantur vna nobiscum de absencia in desperacionis incidere laborintum. Datum etc.

CLXXXIX. Sic regina viduata scribit sorori vt veniat ad ipsam ad dolorem eius obtemperandum et quod inducat filium suum, quatinus se de ipsa et terra eius intromictat.

Königin Kunigunde an die Markgräfin Beatrix von Brandenburg, 1278.

Karissime sorori etc. Dileccionem vestram sub omni confidencia quam de vobis gerimus, rogamus actente, quod ob amorem fratris vestri, mariti nostri preclari, ad nos sine mora dignemini dirigere vestros gressus, vt saltem ex desiderata vestra presencia, dolorum nostrorum vulnera, quos ex casu mariti nostri karissimi concepimus, temperentur, et secundum maturitatis vestre consilium de statu nostro et liberorum nostrorum ac terrarum nostrarum, ea que salubria fuerint disponamus, ad hec sciat vestra dileccio, quod dominus et maritus noster predilectus, dum ad expedicionem infelicem vellet procedere, si ipsum decedere contingeret, vobis et filio vestro karissimo, domino O. inclito marchioni Brandenburgensi, nos et pueros nostros ac terras suas et suam animam specialiter recommisit, tamquam eis de quibus habuit pre ceteris mortalibus confidenciam pleniorem. Quare dileccionem vestram monemus actencius et rogamus, quatinus filium vestrum predictum dominum, O.

sollicitis vestris precibus et consilijs inducatis, vt se de nobis et filio nostro ac terris suis celeriter intromictat, ac nos ab inimicis nostris, quibuslibet pro viribus tueatur, maxime cum in regni nostri existant foribus prout habet relacio plurimorum, actendentes quod post deum, vos sola, cum filio vestro predicto nostrum asilum, ad quod secure possumus confugere existitis et solamen, audiuimus enim quod dominus rex Romanorum non contentus eo quod maritum nostrum preclarum transire tam impie de hoc seculo procurauit, verum etiam ad finale exterminium nostri filij conatus suos dicitur extendisse. Super quo ipsi filio nostro vestra condoleat dileccio et filium vestrum predictum O. ad intercipiendum huiusmodi vt petiuimus celeriter vestris consilijs inducatis, scientes, de cetero, quod ipsi domino O. filio vestro prenotato pueros nostros, res, castra, terras et homines subdare et assignare, de communi consensu nostrorum fidelium volumus, et in singulis sibi tamquam tutori et benefactori nostro subesse volumus prout decet, obtemperantes in omnibus suis consilijs et mandatis. Datum etc.

CXC. Litera dolorose peticionis vt corpus mariti interfecti reddatur.

Die K. Kunigunde von Böhmen bittet den K. Rudolf um den Leichnam ihres gefallenen Gatten K. Ottokar's, 1278 [1]).

Excellentissimo domino domino R. Romanorum regi serenissimo etc. Recentis dolorem vulneris, quo in tristi et lugubri casum (sic)

---

[1]) ad 188, 189 et 190.

Der Brief der Königin Kunigunde an den Markgrafen Otto den Langen von Brandenburg muss unmittelbar einige Tage nach der Schlacht auf dem Marchfelde geschrieben sein, in dem Momente, wo die Königin zugleich die Nachricht von dem Anrücken des siegreichen Heeres K. Rudolf's erhielt. Darauf beziehen sich ihre Worte „intercipientes celeriter" u. s. w. Am 26. Juli wurde die Schlacht auf dem Marchfelde geschlagen, in welcher K. Ottokar den Sieg und das Leben verlor; am 5. September ist K. Rudolf schon in Dyax (Tajax) in Mähren (Kopp 1, pag. 227, Anmerk. u. pag. 273) vier Stunden von Znaim und rückt von da weiter vor. Während dieser Zeit bildeten sich, wie Palacky pag. 322 erzählt, über die von Seite Böhmens zu treffenden Massregeln zweierlei Ansichten und Parteien, an deren Spitze einerseits die Königin Witwe, andererseits Markgraf Otto stand. Die Königin hielt es für das Angemessenste, mit K. Rudolf einen Vertrag zu schliessen, und schickte den Baron Jaroslaw von Krawár zu Rudolf. Damals war also die Königin und Otto bereits feindselig gegen einander gestimmt, und es muss doch einiger

infelicis michi memorie, quondam illustris regis Bohemie, karissimi viri mei, aduersa nuper fortuna, me pertulit luctuoso verborum ordine quem confundit, in ore meo seuientis in me memoris inmensitas, et in corde singultuosa planctus suspiria interrumpunt, excellencie vestre, cui satis eiusdem casus tristis est nota condicio non arbitrio exponendum et licet iuxta moris bellici regulas, gracia non soleat hostis ab hoste requirere, nec aures huiusmodi precibus prebere porrectas, quia tamen virtuosi principis est cum hijs etiam quos fortuna fauente prostrauit, benignius agere, concepta de celsitudinis vestre clemencia que generaliter omnibus generosa et generosior etiam hostibus interdum conculcatis, pia miseracione porrigitur, maiestati vestre, lacrimabiliter et humiliter supplico, quatinus diuine pietatis intuitu, qua viuitis et regnatis, me dolente et me miseram pie compassionis dextera subleuantes, eiusdem regis et coniugis triste corpusculum, quod viuum infelici fortunio reuidere non merui saltem mortuum, iubeatis de speciali gracia misericorditer mihi reddi, vt dum ipsum de gracia vestra more regum et principum, cum patribus eius, lamentabili michi dum vixero monimento recondam, tam vigentis doloris mei tantisper minuatur acerbitas, et victoriosi nominis vestri

---

Zeitraum als dazwischen liegend angenommen werden, von dem Tone, mit welchem die Königin in dem vorliegenden Briefe an Otto schreibt: „pensantes „etiam quod post deum vobis vnicum habemus refugium — exoramos — de „nobis pueris nostris castris ciuilatibus terris et „universis regni nostri homi„nibus, vos intromittere dignemini — sine mora" u. s. w., bis zu dem Factum, dass dieselbe Frau sich an den früheren Feind, den Besieger ihres Gemahles, wendet, und seiner Gnade sich anheimstellt, gegen den Mann, den sie früher ihr „unicum refugium" nannte. Wir werden also nicht irren, wenn wir den vorliegenden Brief als unmittelbar nach der Schlacht und als die erste Mittheilung Kunigundens an Otto erklären, was auch das Ende desselben bekräftiget, „ad nos sine mora properetis" u. s. w. Die ganze Fassung des Briefes deutet aber darauf hin, dass sich Otto in seiner Mark und nicht in Böhmen befunden, was dem zweiten Theile der Note 8 bei Kopp 275 widerspräche. Der Schmerz, den die Eingangsworte des Briefes äussern, ist eine Bekräftigung der Stelle in Abbas Volemar. pag. 532 über die Trauer der Königin und ihrer Kinder um Ottokar, wo es heisst: „lugebat nimirum regina etiam cum liberis suis etc." (Palacky 277). In dieselbe Zeit, wahrscheinlich auf denselben Tag, fällt der zweite Brief der Königin an die Markgräfin Beatrix von Brandenburg, Mutter des Markgrafen „maxime cum inimici in regni nostri exialant foribus prout habet relacio plurimorum," — nicht viel später das Bittschreiben an K. Rudolf um Auslieferung der Leiche des K. Ottokar.

fama lacius predicetur in populis, et ad quelibet beneplacita vestra me miseram, prompta liberalitas vestre benignitatis astringat. Datum etc.

CXCI. Item litera dolorosa super obitu cuiusdam.

CXCII. Item exposicio seu relacio doloris.

CXCIII. Litera consolatoria de fratre mortuo.

CXCIV. Item de eodem similis forma.

CXCV. Consolatur amicus amicum super morte parentum.

CXCVI. Item amicus amico super consolacione doloris.

CXCVII. Compassio ad amicum in tribulacionibus existente.

CXCVIII. Item compassio ad amicum et rogat vt convalescentiam suam insinuet.

CXCIX. Rescriptum signans se reconualuisse.

CC. De obitu amici scribunt religiosi inquirentes si debeat sepeliri apud eos. Serenissimo domino suo etc. cum subieccione deuota seruiendi perpetuam voluntatem. Vestre paterne dulcedini ac regie maiestati signandi per presentes voce duximus gemebunda, quod vester precordialis filius germanus noster intimus migrauit prochdolor ab hac luce quem adhuc extra terram stantem nescientes vobis transferendum, vel apud nos tradere ecclesiastice sepulture, petimus quam deuote id nobis a vestra dominacione sincera lucidius intimari. Nam si ipsum corpus vobis aput nos placuerit sepeliri, tunc eiusdem intumulacionem aput nos pro omni vestro honore ac nostro vt decentius didicerimus intendemus.

CCI. Rescriptum. L. dei gracia etc. fidem ac promocionem perpetuam cum salute de morte dilecti filij nostri talis, quem nobis intimastis, sauciati sumus intimis grauibus dolorum vulneribus uel amaritudinibus et perplexi, quam mortem communem omnibus cum diuina potencia nobis dissimulare precipiat pacienter, et ipsum filium nostrum aput vos gracius quam in loco aliquo diligamus. Petimus confidenter, quatinus ipsum tradatis nobis taliter sepulture, vt inde ipsius anima salubri gaudeat remedio pro requie sempiterna, et etiam ad nomini nostro regali honorifice videatur. Datum etc.

CCII. Item de obitu mariti scribit vxor religiosis, petens vt habeant memoriam anime ipsius. Reuerendo domino tali promptam ad obsequia voluntatem. Cum diuina potencia

omni precipiens creature meo dilecto marito migrare preceperit ab hac luce, in eo michi paruisque meis tanta sue mortis amaritudine sauciatis heu minime compaciens immo relictis vt orphanis et pupillis, qui meus in hoc mundo post deum precipiuus exstitit consolator, baculus me regens, columpna me subleuans, speculum oculorum meorum, radius elucidans, mea vita, et ille semper de vestra speciali dileccione presumpserit vt federe roborato vestro fraternali consortio alligatus, ad vestrarum sit humili confidencia oratiouum recurrens solamina deo sapida infirmas animas recreancia, quam deuote presentibus vos exoro, quatinus ipsius mariti mei animam vestris sedulis oracionibus incorporare dignemini, vt per effectum si qua forte penalia suffert exilia, diuinitus mitigentur, ob quod semper meorum attinente opera puerorum a promocionibus fidelibus, vobis et ecclesie vestre sorcientibus effectum augmentabilem non desistam.

CCIII. Rescriptum. A. miseracione diuina etc. honeste matrone domine tali, omnium oracionum solamina cum salute. Vestre benignitati virtuose de morte vestri famosi mariti per tam lacrimosos gemitus vobis vires femineas inminentes sedulis planctibus immoranti, vt pro eo sicut pro amico nobis dilectissimo nostris cordibus a consuetis gaudijs per dolorum amaritudinem suffocatis teste cognitore secretorum omnium condolemus de hoc vobis experienciam viuam in effectu valido et salubri fidem exhibere magis credulam taliter cupientes, quod ipsam animam ut confratris nostri dilecti vnanimi pietate moti per missarum et vigiliarum celebraciones consuetas, pauperes consolantem, nudos vestientem, infirmos visitantem, exules colligentem pro huiusmodi beneficiis voluntarijs speremus, breuius a penalibus exilijs, diuinam misericordiam liberari, vt per hec cum celestibus in gloria coronatis et requie gaudeat in eterna.

De literis ad religiosos et religiosorum inter se et ad alios dirigende (sic).

CCIV. Quidam occupatus negocijs mundanis committit religiosis animam propriam et mortui. Cvm seculi nequam intuemur abissum cuius procellosis fluctibus inter rerum mundanarum miserias et curas continuas quibus inuoluimur obrui formidamus non in merito singultuosis suspirijs, ad illum oculos nos oportet erigere, qui ineffabili sua misericordia fragilitati condescendit humane et fortitudinem per graciam infert corporibus que

sunt fragilia per naturam, et quia in consciencie vestre delicijs celesti sponso lectum floridum preparastis, ecce quod vestris sanctis deprecacionibus ad tribuendam veniam delinquentibus ipsum posse credimus inclinari, nam regis eterni graciam et celestis curie vos habere fauorem dilucidis presumimus augmentis, quid enim aput dominum et matrem suam reginam prefulgidam virginem gloriosa vestra conuersacio non babebit, quorum meritis et exemplis viget et proficit religio christiana, digne vtique paternitatem vestram per dei misericordiam imploramus, quatinus pro nobis necnon pro felici anima quondam N. bone memorie, qui de mundi huius illecebris proehdolor euolauit ad celicas mansiones, vbi tumultus garrulitatis improbe non auditur, aput dominum et matrem suam pijssimam oracionum hostias iugiter immoletis.

CCV. **Item occupatus negocijs secularibus rogat quemdam vt oret pro eo.**

CCVI. **Item pro oracionum sufragijs.**

CCVII. **Vt puella recipiatur ad habitum.** Quia honesta puella talis mori mundo et christo viuere desiderat, eiusque seruicio in vestro habitu ancillari, preces nostras pro ipsa fiducialiter duximus porrigendas, deuocionem vestram studiosa precum sollicitudine deposcendo, quatinus, pro diuina, nostraque reuerencia, eandem puellam recipiendo in sororem, vestro collegio aggregetis et karitatiuo iuxta obseruanciam vestre regule in omnibus pertractetis. Gratum in hoc deo et nobis obsequium dignemini impensare.

CCVIII. **Item de eodem per episcopum.** Cum G(er). filia talis puella literata, cupiat sicut asserit, vna vobiscum in monasterio vestro sub regulari habitu domino famulari, nos igitur volentes eandem puellam in huiusmodi suo laudabili proposito confouere, vniuersitatem vestram rogamus, monemus et ortamur, quatinus ipsam ob diuinam nostramque reuerenciam recipiatis in canonicam et sororem et sincera in domino karitate pertractetis, alioquin rescribatis nobis causam racionabilem si qua subsit, quare id fieri non debeat, uel non possit. Datum etc.

CCIX. **Item pro habitu.**

CCX. **Item preces ad claustrum pro habitu.** Ad hoc ramus nobilis nobili plante inscritur ut ex bonitate utriusque fructus optimus procuretur. Quare cum monasterium vestrum per dei graciam in spiritualibus et temporalibus summa honestate refloreat, pro

quodam puero tali boni germinis et indolis affectuosissime supplicamus, quatinus in vestrum collegium colligatis eundem, scituri quod plures aput vos ex illa consanguineitate receptos et non alia causa pro eo in loco alio supplicamus et affectantes salutem ipsius pueri ac actendentes sui generis, bonestatem monasterium vestrum in eius obseruacionem ceteris locis de maturo consilio duximus preferendum, nos etiam in exaudicione precum presencium valde reputabimus bonoratos.

CCXI. Rescriptum. Ad implenda quidem vestra desideria prona est nostra intencio et etiam ac semper erit noster animus inclinatus, secundum recepcionem scolaris pro quo petitis, illud vehementer obsistit, quod propter dissensiones potencium vicinorum, ideo est abbatia nostra vastata, vt familiam nequaquam possumus augere, sed pocius diminuere compellamur. Quare vestra paternitas presenti proscripti non babeat negatiuam, quam in omnibus possibilibus libenter intendimus emendare.

CCXII. Item pro habitu scolaris ad abbatem. Verbis et exemplis alios vestris amonicionibus ad dominum cottidie trahitis exbortando, de vobis quod in canticis canticorum dicitur, merito decantatur. Trahe me post te curremus in odore vnquentorum tuorum, in vobis enim anchora spei fidei vere caritatis ardor cernitur rutilare. Quapropter vere sanctitatis forma me annosum, seculum ammonens deuitare, et ad vos de procellis et sirtibus tamquam ad portum tutissimum declinare me vobis induxit, obnixis precibus supplicare, quatinus vestra pietate solita subleuacionis manus michi naufraganti porrigentes, ad vestre religionis consorcium me recipere dignemini, de hoc mundo furibundo, ne suggestionibus dyabolicis superatus absque cordis contricione de medio subleuatus precipiter in abyssum.

CCXIII. Rescriptum. Ch. non suis meritis, sed diuina miseracione vocatus prior, congregacionis talis, P. scolari Wienensi studijs liberalibus inberenti, perpetua gaudia superne ciuitatis introire, quia teste beato Jacobo, omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum apud quem non est transmutacio nec vicissitudinis obumbracio congruit non in merito, salutiferum tue mentis propositum a nobis commendare, ad cuius eciam perseueranciam tibi diuinam clemenciam nostris oracionibus imploramus, quatinus de mundanis tempestatibus tibi venienti eterne felicitatis portum actingere largiatur. Quia vero decet quemlibet

opera fructuosa modulis prudencie gubernare secundum illud apostoli, videte quod caute ambuletis, tibi consulimus fideliter et suademus, vt vigilijs, oracionibus et ieiunijs, carnis voluptates perdomando, iram et luxuriam refrenando obprobria patienter sustinendo, obedienciam et cetera bona faciendo, tibi viam temptes ad celestem patriam preparare sciturus quod cum hijs fueris comprobatus in confratrem nostre religionis te suscipere nullatenus differemus.

CCXIV. Vt receptus ad habitum admittatur ad professionem faciendam intercessio.

CCXV. Litera intercessoria pro apostata.

CCXVI. Pro scolare ut colligatur pro tempore in claustro.

CCXVII. Rescriptum. Wird zurückgewiesen, cum respargatur illius morbi maculis qui ab humana societate disiungit, et eciam lex dicat quod ex victu mores boni infirmantur etc.

CCXVIII. Abbas abbati et conuentui scribit quod captiuauerit famulum eorum qui ut dicitur vouit se receptum (urum) habitum eorum notificans eis, quod eundem ad suum monasterium pro fratre receperit, petendo quod hoc non habeat pro ingrato. Venerabilibus et religiosis viris etc. veniens ad nos frater talis, ex parte vestra nobis proposuit quod famulus vester C. nomine, qui in vestro monasterio habitum religionis se recepturum vouerat id nobis procurantibus rebus suis sibi ablatis durioribus insuper fuerit vinculis alligatus, cum itaque quibuscunque malicijs omniuo cessantibus vniuersis ac singulis quoquomodo vobis pertinentibus omnem humanitatis beniuolencieque exhibicionem proposse nostro procurare omnimode studeamus, vniuersitatis vestre prouidencie duximus presentibus intimandum quod cum dictus C. persona et rebus nostro veraciter monasterio pertineat, et iugem nobiscum mansionem se facturum, multociens ut dicebat sposponderit nos huiusmodi promissum effectui mancipare cupientes, ignorantes penitus ipsum vestro ordini et monasterio vouisse illum in custodia detineri fecimus eundem comperto ipsius voto nichilominus a vinculis absoluendo, quod si in premissorum pertractatione iniuriam vos sustinere dixeritis, quidquid nobis pro huiusmodi temeritate vestra nobis discretio iniunxerit quod tamen aptitudinis racione fulciatur cum primum ad vestram presenciam peruenerimus absque quolibet contradiccionis obstaculo studebimus adimplere.

CCXIX. Abbas abbati ut monachum rebellem obrigorem ordinis in suo monasterio colligat. Quia dignum est ut quos timor dei a malo non reuocat, seueritas saltem ecclesiastice coherceat discipline, nos agnoscentes quod rigor regularis vigens in vestro monasterio, monachus domat indomitos, refrenat effrenes, corripit et sepe dei gratia preuia corrigit inquietos, fratrem C. latorem presencium aliquantum incorrigibilem et rebellum, vestro sacro monasterio duximus pro tempore comittendum. Sperantes quod consuetudine illicita in melius commutata ex assuefactione virtutum bona opera ei dulcescere incipiant et malis in quibus delectabatur antea ex consuetudine amarescant.

CCXX. Rescriptum negacionis. Quamuis propter sancte religionis conformitatem ac vestra vestrique monasterii reuerencia, fratrem C. parati essemus quantum in nobis est, recipere ac pro tempore vobis placito secundum formam in litera vestra contenta, in nostro retinere conuentu, quia tamen ex malicia status terre, et quia monasterium nostrum ex fundo diruptum cogimur reedificare de nouo, ideo cum difficultate maxima conuentum proprium enutrimus. Quare paternitati vestre non sit graue quod circa eundem fratrem non ex voluntate sed ex necessitate preces vestras hac vice nequiuimus exaudire.

CCXXI. Item abbas abbati pro fratre colligendo ad monasterium prouidendo sibi de victualibus ad aliquod tempus.

CCXXII. Item abbas abbati refert graciarum acciones pro eo, quod vnum ex suis fratribus tempore necessitatis benigne recollegit, ipsum reuocans.

CCXXIII. Item abbas reuocat fratres sine licencia in alijs monasterijs commorantes. H. dei gracia etc. dilectis sibi in christo a et b. eiusdem monasterii monachis et professis, salutem et ad veritatis agnicionem pacifice resilire. Cum in monasterio nostro predicto sollempniter professionem feceritis, vobis in alijs cenobijs, quantumcumque disciplina regulari adornatis, sine nostra licencia speciali nullatenus competit commorari, nosque pro vestris saluandis animabus vigilare conuenit, omni cautela vos presentibus amonemus, ne pro vestris negligencijs et erroribus, nos vna vobiscum quod deus auertat, penam contingat perpetuam subintrare. Quocirca fraternitatem vestram hortamur in domino et monemus,

vobis nichilominus in virtute sancte obedientie, et sub excommunicationis pena, precipiendo mandamus, quatinus ad monasterium et ad prebendas vestras quas vobis caritatiue et habundanter, prout dominus ministrauerit, porrigemus, sine dilacione qualibet redire nullatenus obmittatis, ne in rebellionem dampnacione perpetua vestra religio salubriter inchoata conuertatur.

CCXXIV. Abbas scribit ad claustrum pro recommendacione fratrum defunctorum.

CCXXV. Litera confraternitatis. Frater G. (er) prior talis dilecto in christo tali ciui salutem et oraciones in domino ihesu christo. Pro pie deuocionis affectu quem ad nostrum ordinem geritis, sicut fratrum nostrorum relacione percepimus, volentes vobis prout possumus grata in spiritualibus uicissitudine respondere, omnium missarum oracionum, predicacionum, vigiliarum, abstinenciarum, ieiuniorum laborum, ceterorumque bonorum, que per fratres tocius ordinis in vniuerso mundo, operari dignabitur clemencia saluatoris, vos tenore presencium, tam in vita quam in morte participem facimus, et consortem. Addentes insuper de gracia speciali, vt cum obitus vester in nostro generali capitulo fuerit nunciatus id pro vobis suffragium fiat, quod pro nostris defunctis fratribus in communi fieri consueuit. In cuius rei testimonium sigillum confraternitatis nostre duximus presentibus apponendum. Datum etc.

CCXXVI. Abbas scribit ciuibus[1]) iura sua innouando. Sicut arbor nobilis conseruat vigorem sue radicis, et sicut riuus clarissimus amenitatem exhibet sui fontis sic vestra ciuitas monasterio nostro in prima fundacione dona primeue translationis originem integerrimam semper fidei deuocionem seruauit, sed quia nunc feruor illius amoris aliquanterque elanguit, ex eo precipue, quod a prelatis et fratribus monasterii Kambergensis[2]) desijt frequentari, ecce non familiaritatem venerande antiquitatis extingui nolentes sed pocius continue beniuolencie nutrimento foueri misimus ad vos vnum de fratribus nostris presbiterum per cuius industriam memorata renouetur antiquitas, et iura nostra etati que nunc est efficacius imprimantur.

---

[1]) Wahrscheinlich Würzburg.

[2]) Kloster Kamberg (Comburg); ehemaliges Benedictinerstift bei Schwäb. Hall am Kocher.

CCXXVII. Rescriptum. Florida vrbis nostre iuuentus sequens fidelium proauorum vestigia, domum libenter venerabitur Kambergensem, et sic apud senes et iuuenes huius opidi primitiua illius sancti loci deuocio permanebit perhenniter illibata, quia et si quo ad fortunam rerum et corporum alteri domino modo subdamur speramus tamen quod thebei martyres [1]) domini, et duces nostrarum esse debeant animarum inspicientes in fratre ad nos transmisso vestre religionis habitum in illo beati Mauricij triumphale vexillum nos gaudemus et credimus intueri.

CCXXVIII. Conuentus sua iura innouando scribit ciuibus vt admittant monachum ad predicandum. Quia senioribus ciuibus de hac luce stratis iura que habemus ibidem paulatim obliuio superducit, nos vt continue insinuacionis inpressio ea perhennet in mentibus modernorum, duximus illic in grangia nostra vnum de fratribus nostris presbiterum collocare, rogantes, vt si quando idem frater ad predicacionis officium uel aliud sacerdotale ministerium prope bonum loci fuerit inuitatus illius rei execucio sibi per vestram licenciam concedatur.

CCXXIX. Rescriptum. Propter suauitatem odoris qui ex Kambergensi monasterio velut ex aromatum spergitur apotheca, vestri confratris ad partes nostras aduentum congratulantes amplectimus, plenam execucionem tocius sacerdotalis officij non solum in parochia sed eciam per totam nostram diocesim, generaliter indulgentes eidem, preuia duntaxat licencia plebanorum.

CCXXX. Communitas ciuitatis petit conuentum vt remittant monachum ad predicandum. Cum preces exaudiende sint animo diligenti quas informat caritas et amor non deserit honestatis, speramus quod nostrarum instancias fructum animarum salutiferum et communis boni beneficium continentes admittere debeatis, ipsas sinceris affectibus exequentes. Ea propter vestre deuocionis pietatem duximus presentibus omni qua possumus diligencia exorandam, quatinus fratrem C. de vestri mandati beneplacito in alio loco constitutum, pro cuius absencia omnes communiter animum gerimus dolorosum, maxime cum nullum ad presens habeamus qui pro salutis instantis tempore nostrarum animarum verbo celesti

---

[1]) St. Mauritius und seine Genossen.



doctrina salutifera sanans vulnera nos in viam salutis eterne dirigat et disponat, nobis remittere velitis, ipsum apud sanctum Franciscum uel sanctum Jacobum[1]) stare facientes, pro quo vobis grata vicissitudine nostrorum seruiciorum obligari volumus, vestrum ordinem in singulis ipsius peragendis negocijs quamdiu vixerimus, deuocius et fideliter promouentes.

CCXXXI. Conuentus petit canonicos ut promoueant apud episcopum, quod fructus parochie eorum prebende applicetur. Venerabilibus viris, dominis, cum venerabiles patres domini canonici kathedralis senatus ecclesie censeantur et pars corporis episcopalis existant, vtpote qui consilijs et consistorio eius semper adesse debent, immo vnum corpus cum episcopo faciant, cuius quidem ipse caput illi autem membra esse probantur, et pontificalis auctoris ad consensum robur accipiat firmitatis, petimus humiliter, quatinus vestra suffragante gracia ecclesia parochialis in tali loco, sustentacionis seu prebende nostre vsibus applicetur, reseruata tamen perpetuo vicario auctoritate episcopali instituendo, ibidem sufficiente, et ydonea porcione, quia malicia status terre cuius a tempore de quo non extat memoria non creditur similis extitisse, intollerabilis aduocatorum exaccio, inportabilis hospitum inportunitas sumptus edificiorum fabrice nostre quam a fundamentis dirutam a nouo cogimur reparare, ac alia incomoda nos sic ad inopiam prostrauerunt, vt nisi vestra et aliorum superiorum benignitas, ruine nostre manum submiserit sustentantem congregacio nostra in dispersionem abire cogitur, et sancta religio in nostro monasterio dissoluetur, et deo placita talis oblacio, quia cum notarij principis sub cuius dominio residemus, item quia illius sub quo sita est prenotata parrochia preces armata pro illa porrigere consueuerunt alternatim siue exaudiendo siue negando indignaciones et incommoda incurremus (?). Erit itaque salubre animabus, quia cum permutatione crebra vicariorum plebs tam honorabilis multum oneris et tedij sustinere dicatur, admissa ad vestram pietatem peticione proposita, ad presentacionem nostram episcopali auctoritate instituetur ibi perpetuus vicarius, qui in loco residens indesinentes vigilias faciet super custodiam sue gregis, et cogeretur de cura animarum per semet ipsum et de se ipso suo magistratui respondere, super quibus humiliter postulandis misimus karissimos

[1]) St. Franciscus und Jacobus in Würzburg.

fratres nostros tales quos vestra paternitas gloriosa audire dignetur et gloriosius exaudire.

CCXXXII. Rescriptum. Quia grata et continua vestre virtus hospitalitatis iam est non sine multe laudis preconio per patriam dilatata, sinceritati vestre consulimus, vt quia virtus in aduersitate probatur propter maliciam temporis quod fauente domino abreuiatur ipsam interrumpere nullo modo debeatis. Nos tamen inter nativitatem domini et purificacionem virginis gloriose Kamber(gam) personaliter venire intendimus nostrumque aduentum tunc significabitur amicicie vestre hospes vester, et communicato adinuicem consilio temporis qualitate, pensata in eo quod vobis congruit libenter fauebimus daturi hijs per que vestris indigencijs nostra possibilitas poterit suffragari.

De literis correctorijs errorum tam ad religiosos quam ad alias personas.

CCXXXIII. Episcopus abbati ut monachos rebelles corrigat.

CCXXXIV. Abbas priori suo et conuentui pro errore fratrum corrigendo.

CCXXXV. Item pro errore fratrum ˜corrigendo. Quam adhoc potissimum inuigilare debet sollicite cura rectoris, vt in commisso sibi grege, meritum virtutis accrescat, claudatur via vitijs et detur moribus disciplina, diligenti deliberacione prehabita visum est tam michi quam diffinitoribus capituli generalis, vt ministris singulis aliqua ibi examinata et discussa literatorie demandarem, ipsosque sollicitos redderem, ad eos potissimum abusus tollendos de medio, quibus sinceritas religionis inficitur, perfectionis celsitudo deprimitur, et sanctitatis claritas obfuscatur, sane cum ewangelici culminis obseruata professio nos hactenus spectabiles et amabiles mundo reddiderit, omnique fauore et reuerencia dignos ecce iam nunc multitudine in procliua tendente et remissius agentibus hijs qui presunt, viciorum quedam sentes cernimur succrescere que dum sacrum venerandumque collegium, despicabile, honerosum et odibile reddunt plurimis conuertunt in scandalum quod cunctis esse debuerat in exemplum, nam frequentia discursus et inportunitas questus, viles nos et graues efficiunt pro eo videlicet quod dum paucis nolumus esse contenti et edificia sumptuosa conamur erigere vilia summo studio queritantes, nobiliora per incuriam perdimus, cum murorum curiosa

construccio in destruccionem degeneret morum et edificiorum ad celsa porreccio prostracionem pariat animarum. Porro quorundam procax audacia que contra patris nostri doctrinam coram laicis predicando, in ecclesie prelatos ipsorum acta sigillando consurgunt, non nisi scandala iurgia et odia seminant, et non solum ipsorum verum eciam dei prouocant iram, cum diuina constet lege sanctitum, nequis maledicat surdo nec ponat scandalum coram ceco. Sed et sepulturarum ac testamentorum litigiosa et auida quondam inuasio, cum exclusione eorum ad quos animarum cura spectare dinoscitur, non modicum nos toti clero fecit exosos, sicut experiencia docente percepimus, et ipse sanctissimus pater pontifex summus, dominus Johannes, fratres omnes ad cauenda huiusmodi pia prouidencia per me voluit commonere. Horum autem omnium hanc puto potissimam racionem et causam, quod ea que prouida cura per tocius ordinis prouidenciam in generali capitulo statuuntur paruipenduntur a fratribus et habentur pro nichilo, nec transgressores disciplina debita castigantur, sic quod fit superni permissione iudicij vt spernentes modica in maxima decidant, quia dum disciplina negligitur, insolencie crescunt, ac per hoc interior negligentia circa exercitacionem virtutum exterius procedit in scandalum, per eorum patentem ruinam qui stare videbantur in oculis aliorum. Ex quo sit vt sancte religionis splendor prefulgidus in pallorem degeneret, sanctitatis pulcritudo sordescat, bone opinionis odor computreat, et nomen domini blasphemetur, ne igitur sanguis animarum non solum nostre sollicitudini commissarum, sed et omnium que ad lumen sancte religionis per viam salutis incedunt, de nostris manibus requiratur, caritatis tue zelum quanto possum efficaciori mandato duxi presentibus excitandum, adiurans te per aspersionem sanguinis crucifixi, et per stigmata passionis eius que in sacro nostri patris corpore indubitabili claritate fulserunt, vt sicut seruus christi fidelis et prudens ad prefatarum extirpacionem pestium toto te animi vigore succingas, tanta mentis actentione inuigiles, totoque feruore spiritus succendaris, et primum quidem ad sancte oracionis studium fratres tue cure commissos efficaciter incitans, ad regule promisse obseruanciam sinceram inducas pariter et compellas, pestiferos et insolentes nullius verendo faciem euellens et destruens dissipans et disperdens, uel carcerali mancipando custodie uel de vnitate sacri collegij expellendo, iuxta quod pietatis ac iusticie lex exposcit, ne dum crudeli misericordia vni

membro putrido parcitur in tocius corporis sospitatem putrens corrumpcio diffundatur, et quoniam paupertas est nostri ordinis prerogatiua sublimis ne nobilis hec margarita conculcanda porcis viliter exponatur, discursuum causam et questuum sumptuositatem, videlicet edificiorum, librorumque vestium ac ciborum sic studeas amputare, quod a professionis excellencia, vite obseruancia non discordet, fedum est enim prophanumque mendacium summe paupertatis voluntarium se professorem asserere et rerum penuriam pati nolle, interius diuitum instar velle affluere, et exterius more pauperum mendicare, inhibeas eciam fratribus firmiter et districte quod tam diuino quam canonico prohibetur imperio ne prelatorum vitam coram populo carpant, sed pocius reuerenciam exhibeant, non tantum bonis et modestis, verum etiam discolis, quia et hoc exigit sacrum misterium christifice vnccionis, mandes eciam fratribus vniuersis vt pacem clericorum omnium, tam in testamentis quam in sepulturis quantum in eis est, sic studeant obseruare, vt nullam contra nos habeant occasionem iuste querele, sicque seculo toti clarescat, quod non commoda rerum sed lucra querimus animarum, denique quia hijs et alijs ordinacionibus innumeris per statuta ordinis vis precluditur, volo vt per loca fratrum ea sic diligenter conscribi legi facias et seruari, vt qui professione virtutum precipui credimur nequaquam morum in composicione postremi merito censeamur. Hjis ergo karissime frater tam efficaci studio non cesses intendere, quod et deus habeat gratum, et ego tue obediencie promptitudinem et sollicitudinis vigilanciam, zelumque ordinis sacri possim non inmerito commendare, et vt hoc melius fiat, volo vt presencium series omnibus fratribus tue prouincie per te uel per custodes quociens oportunum fuerit explicetur. Datum etc.

CCXXXVI. Item papa duci super errore corrigendo sic scribit. Johannes episcopus seruus seruorum dei, nobili viro tali duci, spiritum consilij sanioris. Displicenter nimis audiuimus quod velut tue salutis immemor et eorum oblitus que dudum nobis vna cum inclite recordacionis L. duci tali germano tuo scripseras, et que eorum virtute fuerant subsecuta, homagium illi membro dyaboli Bawaro de diuersis heresibus condempnato publice ac sollempniter non erubuisti facere et fidelitatis iuramentum prestare teque sibi tuosque liberos ad pacem cum eo obseruandam perpetuo obligare. Nos autem actendentes quam grauiter deum ecclesiamque sanctam matrem tuam per hoc offenderis, quantumque gloriam tuam macu-

laueris, quantisque periculis, animam corpus et substantiam exposueris per predicta, more pij patris tantis tuis compacientes iacturis et calamitatibus desideranter appetimus, vt mentis tue apperias oculos, actenteque consideres vnde excideris per predicta, et vtique reperies quod a dei gracia que sola in via sufficit homini et sine illa nichil aliud excidisti, te quoque a corpore mistico cuius christus caput noscitur separasti, ac de dei filio seruum dyaboli te fecisti, preter penas, quas tam per iura apostolica quam imperialia inflictas hereticorum fautoribus, ac per nostros processus fautoribus dicti Bawari incurristi, et hec considerans festina penitentiam deo dignam agere et ad vnitatem redire ecclesie, absque cunctacione qualibet non omictas, vt sic graciam dei recuperes perditam bonorum sancte matris ecclesie particeps fieri merearis, actendens prouide, quod neque homagium neque fidelitatis iuramentum eidem Bawaro prestita vt ea seruare debeas in aliquo te astringunt, sicut et nos hijs diebus in consistorio declarauimus publico, irritantes ea quantum de facto processerant ac penitus annullantes, et quia nil morte cercius et nil incertius hora mortis, non pigriteris quesumus in hijs que tibi tam sulubriter consulimus exequendis, gracia domini nostri ihesu christi sic cor tuum in hac parte dirigat, vt a premissis periculis saluus fias. Datum etc.

CCXXXVII. Item papa pro errore apostatarum[1]). Benedictus episcopus seruus seruorum dei, ad perpetuam rei memoriam. Pastor bonus diligens operosus et peruigil oues suas errabundas et deuias ne lacerentur et deuorentur lupinis morsibus, ad caulam redire satagens, sollerter ac prouidenter super illas sue custodie deputatas instituit custodias, excubias sibi et eis spiritualiter et temporaliter salutares, sic ergo qui celesti disponente pastore quamquam inmeriti constituti simus in summi pontificij specula, domini nostri ihesu christi vicariatus officium exercentes, feruenter in votis gerimus et quater diuinis beneplacitis conuenire percipimus, studium apponimus sollicitudinis efficacius vt cunctis tam eterni maiestatis obsequijs sub regulari obseruancia dedicati, quam ceteri agricole deleti a norma rectitudinis et tramite racionis ad reconciliationis deo grate graciam admittantur, et ad eam redeant ne pereant sed saluentur, sane ad apostolatus nostri non sine mentali molestia iamdudum producto noticiam, quod nonnulli stabilitatis sue professionis violato

[1]) 1334.



proposito, regularem habitum temere dimictentes, ac de diuersis mundi partibus ad sedem apostolicam confluentes et pretendentes, varijs coloribus et figmentis exquisitis, se in suis claustris et religionibus non posse comode permanere. Nos de apostolice pietatis habundancia talium periculis animarum occurrere desiderabiliter affectantes, et vt huiusmodi religiosis apostatandi et extra religionis ecclesias monasteria seu alia loca ordinum eorundem vagandi in posterum amputetur. Ipsique apostate uel iam perniciose vagantes per seculum ab eorum temeritate reuocentur et nequicia et ad eorum religionis abiecte propositum reducantur super premissis oportune ordinacionis remedia, prout series subscripta describit, digesta in hac parte deliberacione prehabita, prouidimus apponenda, volumus namque et apostolica auctoritate ordinamus vniuersis et singulis tam exemptis quam non exemptis, prelatis inmediatis, quorumcumque religiosorum, quorumcumque ordinum, in virtute sancte obediencie districte precipiendo mandantes, vt ipsi prelati apostatas, et eciam de suis ordinibus eiectos et quosuis religiosos alios eis subiectos, sine praelatorum eorundem licencia per seculum euagantes, requirant seu requiri faciant diligenter, ipsosque ad religionem reducere studeant eorundem, quod si apostate eiecti euagantes religiosi redire noluerint aut prelatis eorum supradictis super hijs inobedientes seu rebelles extiterint illos qui ad presens apud sedem apostolicam consistunt eandem, auditori camere curie apostolice, alios vero exemptos videlicet apostolica, non exemptos ordinaria auctoritate, locorum ordinarij, ad requisicionem dictorum prelatorum capere teneantur, per auditorem, ordinarios, antedictos, prelatis eisdem sine difficultate qualibet remittentes, vt sic redire ad religionis obseruanciam et obedienciam suorum prelatorum, ac in illis persistere compellantur. Nostre preterea intencionis existit, rursumque volumus et ordinamus, vt omnes apostate qui religionem seu religionis quam professi sunt habitum dimiserunt, et ad religionem aliam absque predicte sedis seu alia debita licencia transierunt habitumque assumpserunt, huiusmodi religionis alterius, eciam si in ipsa religione altera in qua vt prefertur assumpserunt habitum secundo professi fuerint, ad religionem eorum primam, dum tamen canonice in ea professi fuerunt, infra trium mensium spacium computandum, a die, qua hec intencio voluntas et ordinacio nostra ad noticiam eorum peruenerit, uel per ipsos steterit quo minus perueniat ad eosdem, quod quidem spacium eis pro peremptorio termino

assignamus, curent reuerti et habitum ipsius prime religionis nequiter dimissum resumere ac gestare. Volumus quoque ac eciam ordinamus, quod predicti prelati ecclesiarum monasteriorum seu aliorum locorum quorumlibet a quibus ipsi apostate vt premittitur temere apostatarunt, eosdem apostatas ad habitum et religionem eorum priores recipere teneantur, quod si forte ijdem prelati capitula ecclesiarum conuentus et monasteria seu fratres eorum et locorum predictorum recusarent recipere apostatas prelibatos volumus et ordinamus, quod ipsi prelati capitula ecclesiarum conuentus et fratres per certos executores super hoc a sede apostolica ipsa deputatos, ad eos salua ordinis disciplina quam volumus districte et mandamus circa illos qui voluntarie redierint hac vice vt infra sequitur misericorditer temperari, monicione premissa, per censuram ecclesiasticam, sublato apellacionis obstaculo compellantur, nempe circa alios ex dictis apostatis qui ordinum mendicancium fuerint eciam volumus et ordinamus, quod si apostate ipsi ordinum vt predicitur mendicancium in suis primis locis eorundem suorum ordinum recipi comode nequeant, in alijs locis ordinis cuiuscunque ipsorum uel alterius ordinis dictorum mendicancium, si alij mendicantes huiusmodi apostatas recipere voluerint, hac vice collocentur, et nichilominus religiosi predicti locorum eiusdem ordinis ad recipiendum apostatas ipsos, qui transire ad alia loca eiusdem ordinis vt prefertur (tenentur quia) ad recipiendum dictos apostatas in locis huiusmodi rigoris uel penalis seu penitentialis asperitas ob fragilitatem carnis humane non edificat, sed corrumpit, volumus et ordinamus erga omnes apostatas supradictos, vt quilibet ipsorum per eorum prelatos seruato subscripto moderamine prouideri, scilicet, qui ipsi prelati circa hujusmodi apostatas, eciam si ante uel post eorum apostasiam excessus in ordine suo uel extra illum commiserint, et pro inde uel etiam ex quaqumque causa in apostasiam huiusmodi lapsi fuerint, uel ordinis sui carceres effugerint seu ab ipsis euaserint, pro predictis eis penam seu penitentiam sic eciam misericorditer volumus temperari, quod ijdem apostate terrore vlcionis seu pene ad resumpcionem suorum religionis et habitus minime retrahantur. Insuper memoratis prelatis, eorundem apostatarum, dictos apostatas ad religionem pristinam vel alienam mendicancium vt pretangitur redeuntes, absoluendi hac vice iuxta formam ecclesie ab excommunicacionis sententia in quam apostatando taliter inciderunt et cum eis super irregularitate quam occasione

apostasie huius uel alias forsan sic ligati diuina officia celebrando immo prophanando aut se illis immiscendo dampnabiliter incurrerunt, prout eorum apostatarum saluti dicti prelati expedire viderint dispensando plenam et liberam concedimus auctoritate apostolica potestatem, non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus quorumlibet ordinum ecclesiarum monasteriorum et aliorum locorum predictorum iuramento confirmacione apostolica seu alia quauis firmitate roboratis, vel eciam priuilegijs indulgencijs ac alijs literis apostolicis seu alijs quibuscumque, per que presentibus effectus eorum impediri valeat, quomodolibet uel differi, et de quibus quorumcumque tenoribus de verbo ad verbum plenam et expressam oporteat facere in nostris literis mencionem. Vt autem voluntatum et ordinacionum nostrarum premissarum, aliorumque superius expressorum execucio prompcior et efficacior subsequatur volumus et mandamus quod ordinarijs prelatis, apostatis et religiosis predictis peticionibus iuxta qualitatem casuum eorundem oportune ipse litere apostolice concedantur, nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum voluntatum ordinacionum mandatorum et concessionis infringere uel ei ausu temerario contraire si quis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Auinione XV. kalend. Julij pontif. nostri anno primo.

CCXXXVIII. Fratres cuiusdam monasterii scribunt cuidam abbati, ipsis pro executore dato super reprimenda iniuria eis per abbatem proprium illata, petentes vt mediante commissione sibi facta eorum miserie, et turbacionibus consulere ac compati dignetur, eius errorem corrigendo. Reuerendo in christo patri et domino karissimo, domino M. venerabili abbati, monasterii talis, fratres conuentus monasterii talis, oraciones in domino continuas et deuotas, dudum reuerendus pater dominus talis archiepiscopus venerabili patri domino G. tali episcopo, necnon vestre pietati, literas quasdam commissionis et mandati, super reprimenda et compescenda, erga nos abbatis nostri iniuria destinauit, quas idem dominus G. episcopus sibi per nuncium nostrum exhibitas, nec videre quidem nec legere dignabatur, verum cum premissus noster abbas, grauissimis, iniuriarum et molestiarum perturbacionibus nos crebro conuiciat, ita quod quasi iam reddamur aliquantulum desperati, paternitatem

vestram requirimus suppliciter humiliter et intente, quatinus eisdem literis domini archiepiscopi, cum presentibus vobis exhibitis, receptis miserie nostre compati et consulere dignemini propter deum, actendentes, quia maximam partem spei gracie et salutis quo ad presens negocium in vestre sublimitatis beniuolencia confidimus collocatam.

CCXXXIX. **Sic abbas rescribit abbati dato fratribus sui conuentus pro executore, excusans se quod eisdem suis fratribus qui contra eum commissionem impetrauerant, nulla mala seu grauamina indebite intulerit. Explicando singulorum fratrum enormitates et excessus.** Reuerendo in christo patri etc. talis abbas cum deuotis oracionibus, promptissimam ad mandata quelibet voluntatem. Sicut quidam ex monachis nostris se singulariter nominantes, a reuerendo in christo patre domino tali archiepiscopo, suggesta ...., quandam commissionem si commissio dici meretur, quia pendentibus appellacionibus nichil est innouandum, impetrarunt ita et nos ad conuincendam eorundem monachorum maliciam, oportebit paternitati vestre de personis singulorum singulariter scribere veritatem. Sciat ergo benignitas vestra quod dudum omnes aduersarios nostros de conuentu nostro duobus exceptis, videlicet, Ch. et H. in Salzburga extra monasterium diuagantibus, ad plenam puram et sincerissimam concordiam recepimus, et quibusdam ex eis excomunicatis et irregularibus a sede apostolica dispensacionem inpetrauimus confessiones eorum audiuimus, penasque infligendas mitigauimus, et in omnibus quibus potuimus paterne pertractauimus, de eis omne bonum corde sincerissimo presumentes, sed tandem omnes in commissione nominati dei timore postposito contra iuramenta propria ad conspiracionem manifeste absque verecundia redierunt, et adhuc eo non obstante prebendam consuetam et debitam, ac integram eis sine turbacione qualibet fecimus ministrari et adhuc ministramus, omnibus hijs qui se curant a manifestis excessibus custodire, verum quia P. talis nocte quadam quemdam sacerdotem-professum monasterii nostri dormientem reperiens cum magno conttu vsque ad effusionem sanguinis immo vsque in mortis periculum sub spe negandi verberauit, sed tandem occultare non valens reatum huiusmodi recessit a monasterio furtiue, ne pro suis excessibus puniretur, item Wer. cum multis noccium temporibus ludens ad taxillos aliquos fratres vestibus spoliaret, nec matutinas et alias horas canonicas quantumcumque sacris temporibus sicut in die



christi visitaret, et pro multis alijs excessibus quos propter reuerenciam ordinis et discrecionem propriam obticemus, ad quamdam officinam pro tempore deputatus metu pene similiter clam recessit. Item F(ridericus) talis et L. et M. manifeste reperti in dormitorio cum tribus mulieribus quas per plures noctes tenuerant, quousque per vagientem puerum reuelati, easdem mulieres de dormitorio ad furnum subterraneum conduxerunt, vbi confusi manifestius extiterunt, eorundem duos cum literis nostris ad alia cenobia destinauimus pro tempore puniendos, tercium vero quem talem ydiotam noscimus quod eundem ad alia cenobia cum bonore destinare non possumus sub congruenti penitentia retinemus. Alijs vero omnibus prebendam integram pie et paterne licet inmeritis ministramus, quapropter supplicamus paternitati vestre, quatinus nulla nobis, quantum adhoc, quod aliqua mala prefatis nostris monachis inferamus uel intulerimus, indebita grauamina inponatis. Datum etc.

CCXL. Item increpando monetur aliquis vt se corrigat de prauis actibus.

CCXLI. Correctio alicuius qui turpiter consumit sibi data.

De literis ad literatos et literatorum inter se ipsos, et ad alios dirigendos.

CCXLII. Quidam scribit amico quod filius suus sit ineptus ad studendum.

Sciatis quod cordis mei precordia diris iaculis vulnerastis cum de ingenio, similiter ac studio filij vestri micbi voluistis proponere questionem, ego enim si mentiri voluero commendacioni eius insistam, et si dixero veritatem turbabitur anima vestra, nam die noctuque studet suspirat vigilat anxiatur, sed quidquid faciat, ita sibi adheret scientia liberalis tamquam faba marmori, cibusque defuncto, verum tamen ei non est aliquatenus inputandum, quia nemo potest obtinere per vim, quod sibi est a natura negatum profecto sine diuite vena ingenij labor et pena diripere dinoscuntur.

CCXLIII. Quidam significat amico beniuolenciam quam habet erga ipsum et inducit eum ad studium. It. responsio.

CCXLIV. Litera derisoria alicuius literati ad literatum. Viro scientiarum flosculis adornato, magistro tali, philosopho tuliana leporis facundia coruscanti, A. rudium minimus, et B.

•ydiotarum maximus, tam doctissimi virorum pedibus se prostratos, ab eterno dierum spacio ex ore cognouimus poetarum, quemdam ex ipsorum agmine videlicet Emium nomine, in monte Parnasso hicipiti sompniasse, quod quidam philosophus hahens nomen terribilis animalis nostris temporibus nasceretur, ad cuius vocem omnis doctorum loquacitas ohmutesceret et terreret, nullus enim iuris paragrafus tam difficilis ct subtilis nullaque theoreumata tam grauia uel tam longa theologice discipline, nullumque capitulum librorum naturalium loyce noue et veteris, necnon grammatice regularis et positiue, uel breue adeo uel prolixum; quin omnia prefato philosopho facilia ad soluendum in disputacione qualihet reputentur, hic est enim de quo dicitur in prophetis, quis est iste qui venit de Edom, sillogismorum mixtionibus, de Bosdra volando equali cursu nuhium scintillas iaciens flammeas velut ignis. Erat itaque per dominam philosophiam suo fronti inpressum, literis aureis grecis ebraicis et latinis, nomen horrihile Leopardus, et bene horribilem nuncupatur, quoniam de vero leone et animali picto in pariete dicitur equiuoce, ecce terrihile animal, quemadmodum arum[1] (?) predicamenta asserunt ct affirmant, verumtamen de medio moncium non deducet aquas, sed de pharetra regis hahilonis emittet sagittas contra filios Jcrusalem vt sagittet in obscuro rectos (?) corde, cum itaque prelihatum Emij sompnium domine ct magister N. cuius nominis interpretacio ah animali apellacionem prehahitam cst sortita, in vestra persona laudahilem quodammodo sit completum, vestram nouam et magnam prophetyam quam geritis et palam profitemini nohis sciolis et discolis aperire dignemini disputando, vt exinde nostrorum intellectuum opacitas illuminacione vestri rigati dogmatis serenetur, ne verbum Oracij quod absit in vobis profectissimo gades fiat, parturiunt montes nascetur ridiculus mus.

CCXLV. Magister de statu alteri magistro sic scribit.

CCXLVI. Aliquis dolens de infirmitate literati scrihit alteri. Iustam habct causam vestra paternitas magistro Wol. super suis dolorihus condolendi immo tota germania deberct compati passionibus tanti viri, qui sicut sol refulgens obscuritates scientiarum elucidat spergit consiliorum radios, causas mortuas viuificat et resuscitat interemptas, vnde in eius ohitu quem dominus differre dignetur ille sol scientie vtpote subducto fonte luminis eclipsim mundo tristissimam pacietur.

CCXLVII. Responsio compassionis. Benedictum sit oris vestri eloquium, benedicta sit lingua pulcritudinis eloquia depromencia que laudes egregij doctoris magistri Wol. tam sonoro atollit preconio, et nichilominus compaciens eius passionis sinceritatem vestri pectoris enunciat super ipsius magistri lugubri toti patrie passione, quia certe eo sub ducto defensorem efficacem non inuenient qui in sua iusticia opprimuntur, palescet dictaminum stilus aureus, humiliabitur altitudo scientie marcesset flos et gloria peritorum nos tamen medicinis et medicis in quantum possumus eius conualescentie consulemus, necnon cum ipso et pro ipso humiliter supplicamus vt eius obitum tristissimum ob suam graciam ac nostram indigenciam differre dignetur clemencia saluatoris.

CCXLVIII. Communitas ciuium conducendi scolasticum. Tocius philosophie amatori honorabili viro domino et magistro N. communitas ciuium talium, salutem cum obsequiorum promptitudine copiosa. Quia mire sapiencie vestre fama rutilans nostre ciuitatis iuuenes quos liberalibus studijs tradidimus inbuendos sic perfudit vt quemadmodum cibum famelicus, potum sitibundus lassus requiem eger salutem concupiscit, sic eorum animus vestram desiderat scienciam literarum, vestram preceteris personam doctoribus pro nostrorum puerorum rectore eligimus, deprecantes, quatinus ad nos breuiter dignemini declinare a prefatis nostris iuuenibus tenebras ignorancie remouendo, et vere sciencie lumen infundendo. Scientes firmiter omni remota dubitacione quod pro vestris laboribus fructuosis vos promocionibus studebimus sublimare.

CCXLIX. Responsum magistri querens consilia super predictis. Multe sapiencie viro N. paduanorum potestati. C. humilis magister, perseuerantem in eius famulatu voluntatem. Cum in rebus dubijs prudentum consilia sint requirenda, honestatem vestram cuius fauor me nullo tempore sinit dubitare, duxi presentibus declarare, quod de partibus teutonicorum, noue ciuitatis consules, vna cum consensu populari pro suarum rectore scolarum me communiter elegerunt, cum igitur omnium alemanie terminorum statum vos nouerim non latere, vobis supplico humiliter et attente, quatinus, salua pietate, quid vobis in eo conueniens et honestum videatur me vestris dignemini literis edocere.

CCL. **Nobilis quidam scribit magistro ut sibi prouideat de notario.** Pro nostris scribendis literis nunciis ... cum eciam expensarum multiplicium racionibus denotandis etc.

CCLI. **Rescriptum.**

CLII. **Ciuis scolastico pro filio instrvendo.**

CCLIII. **Monet frater fratrem qualiter se debeat regere in studio.**

CCLIV. **Frater vocat fratrem ad solacium.**

CCLV. **Studens pro licencia manendi in studio.** Reuerendo domino etc. cum omnifaria subieccionis reuerencia se totum et quam sibi desiderat sospitatem, quia propter diuersarum terre Austrie discordiarum seu gwerrarum discrimina, inter tales duces ex vna parte et tales reges ex altera, cum aliquibus dominis seu baronibus Austrie se predictis ducibus opponentibus, tirannicis insultibus diuersimode seminata ac suborta et specialiter ob predonum in districte terre diuagancium pericula vitanda, rerum mearum ablacionem perborrescens, non valeam partes Austrie secure egredi et ad patriam ut congrueret, circa festum tale instans nequeam peruenire, cum autem necessitas legem perbibeatur frangere, et iussa atque promissa non desinat adimplere nec permittat discrecionis vestre reuerencie amicabiliter supplico, quatinus terminum mee absencie nunc in festo tali prefacto, vsque ad talem festum venturum vestris literis deprecatorijs mediantibus, apud dominos meos tales canonicos, prorogari ordinetis quia quam cito pacis tranquillitas ac aure serenitas infra festum iamdictum se obtulerit ad partes proprias fauente altissimo remeare non tardabo, ceterum rogo, vt tantam pecuniam michi transmittatis, attendentes siquidem quod inter veros amicos tria requiruntur, videlicet dolor compassionis qui probatur in aduersitate, labor beneficij qui exhibetur in necessitate, et vigor dileccionis qui consideratur insoliditate. Et tria hec tangit philosophus, viij° etb. vbi loquens de amicicia dicit, quod oportet amicorum multa facere et pati, ecce compassio et beneficium, et ibidem dicit, quod amicicia non est sine redamacione, ecce dileccio. Que quidem tria credo et non dubito in vobis habundanter et habitualiter habundare uel habitare, vnde pro me vestre voluntati subiecto non tedeat vos subire labores, ut pro beneficijs subuencionibus et amicicijs michi amicabiliter inpensis vitam longeuam vobis conferat auctor vite.

CCLVI. Filius studens patri pro aliqua subuencione. Quam amara condicio sit captiuorum nemo integraliter scire potest nisi qui captiuitatis amaritudine degustauit, vnde paternitati vestre que me consueuit sincere dileccionis humeris amplexari, presentibus innotescat, quod in ymo carceris iaceo cathenis constrictus, vbi tenebre sunt palpabiles aer fetidus quem credo procedere de flumine flegetonis, cibus meus est panis muscidus et perdurus, qui etiam porrigitur michi in mensura, potus meus est aqua cum lacrimis temperata, hec et illa igitur varia incomoda vite mee tempora breuiabunt, nisi vestrum breuiter sensero interuentum.

CCLVII. Studens patri pro hereditate.

CCLVIII. Item studens patri vt mittat magistro aliquod munus et faciat eum inbui alia facultate....... ..... paternitatem tuam — duxi studiosius deprecandam, quatinus doctorem meum velis tuis literis obnixius exorare, vt relicto litigio nugatis loyce semper prone ad rixas friuolas et inanes me ad instruendam rethoricam .... diligentem studeat operam exhibere, verum eciam vt peticionis effectum facilius consequeris, iamdicto meo doctori aliquod munusculum sue reuerencie condignum ordines presentandum.

CCLIX. Rescriptum. .... visa tuarum serie literarum tanto habundancius cor meum inmensa leticia exultauit, quanto magis honorem tuum diligere teneor et profectum, pro eo quod ex legacione tua racionabili plenius recollegi te sitire scienciam, adepcione cuius breuiter culmen ascendere poteris maxime dignitatis, ea namque sciencia professores suos est solita beneficijs pingwibus inuestire, vnde fili karissime tuo profectui appetens totis uisibus insudare, dileccioni tue presentibus manifesto, quod tuis pijs peticionibus libencius acquiescens, doctori tuo quemadmodum petiuisti quatuor vlnas panni de ypera per latorem presencium destinaui vt saltem allectus munere tuis feruencius studeat vtilitatibus vigilare.

CCLX. Exortatur quidam ad studium et continet etiam excusacionem innocencie. Mirabilis animorum mutacio ex rerum emergencium instabilitate procedit, quia dum motus interior exteriori statui se conformat, mens humana cum rota fortune circumuoluitur, et iuxta diuersitatem negociorum quasi vento contrario circumfertur, vnde pro ipsa contrarietate causarum tristicia quandoque conuertitur in gaudium, et plerumque risus in doloribus consumatur. Sane cum ab inicio etatis naturali sic mea alligata esset affectio vt in

sola patria requiem requirerem locis alijs pre illius dulcedine vilipensis nunc eius desiderium conuersum est in tedium, dulcedo facta est acetum meoque iudicio flos eius decidit detorquet (sic) deperijt vultus eius, vt gracius ducerem visitare sepulcrum dominicum quam ad molestias eiusdem patrie remeare, pro eo quod promocio illustris et acceptissimi iuuenis scilicet domini S. post labores asperrimos, post allegationes anglicas, post causas sine comparacionę motiuas post promissiones optime spei, organo papalis vocis emissas finaliter admissa non extitit et in loco vbi totum occupat auctoritas iuris, arietes et legum cornua deciderunt. Verum quia dominus papa eodem domino N. in capellanum recepto, dictis et scriptis ceto cardinalium presente et fauente promisit quod ipsum prosequeretur gracijs immo affluencia graciarum si literarum studijs curauerit applicari, rogo humiliter vt vestra paternitas que sepedictam patriam et eius principes consilio salutari gubernat illud studeat efficere vt aliquibus scolis ad tempus se associet dignitates eccastice (sic) talem titulum breuiter sine dubio recepturus per quem gloria sui generis exaltacionis accipiet incrementa, maxime, cum reuerendus pater dominus, talis archiepiscopus, amorem intimum vos in vita qui tanta reuerencia paternitatem vestram amplectitur vt quamuis secundum gradus ecclesiasticos archiepiscopus suffraganeo suo sit superior, ipse tamen nobis non appetit sed omni deuocione subesse, nec a vestris monitis seu beneplacitis alicuius viuentis suggestionibus auertetur, hec in fide mea secure recipio sicut cui specialiter illud constat, quare et vos suam dilatando innocenciam honorem proprium cumuletis, graue est illorum legaciones assumere qui nunciorum diligenciam non attendunt, sed eis reportatam inputant negatiuam, cum tamen ad bonitatem nuncij sufficiat cause sue fideliter insistere, sed ab alio pendent petita concedere uel negare certe cum modo redissem quidam pro graciarum accionibus capiti meo lapides inferebant.

CCLXI. Litera protestacionis lectoris quod studens diligenter audiuerit lectiones suas. Vniuersis ad quos presentes peruenerint, frater talis lector generalis heremitarum ordinis sancti Augustini domus Wienne salutem et sinceram in domino karitatem. Nouerit vestra dilectio quod honorabilis vir dominus talis tamquam vir prouidus vitam suam semper disponere satagens ad honesta, sollerter aduertens, quod desidia luxum luxus ignauiam in animo generat ociantis, ex verbis eciam Salomonis eliciens, quod

audiens sapiens sapiencior erit, iam licet in senili constitutus etate, nec spaciosam distanciam nec lubricum vie perborrescens immo sine quolibet intersticio temporis lecciones meas theologicas quas ex iniuncto michi officio repetiui, vna cum alijs quam pluribus viris tam religiosis quam etiam secularibus in domo nostra conuenientibus, accessit et tamquam vir studiosus diligenter audiuit, ita videlicet, quod ex eo non in merito in presenti vita laudem et in futura perpetue felicitatis premia reportabit. In cuius rei etc.

CCLXII. Princeps principi scribit quod laboranerit pro concordia, et quod non displiceat sibi, quod apponat alteri. Magnifico principi etc. A. etc. vtinam possit optacius famulari. Pro vitandis disturbijs inter vos et N. totis viribus laborauimus volentes adhuc pro posse laborare. Si tamen quod absit, vos et eos conformare non possemus, non displiceat magnificencie vestre si eorum seruicijs insistemus, a quibus debitis consideratis circumstancijs nos retrahere non valemus.

CCLXIII. Peticio pro habitu. A. dei gracia etc. venerabili et religioso viro N. commendatori domus Theutonicorum sancte Marie Iherosolimitani in Wienna salutem et sincere voluntatis affectum Quia R. noster specialis ad frugem melioris vite aspirans in ordine vestro sequestris mundi fluctibus, altissimo desiderat famulari D. vestre cum singulari fiducia supplicamus, quatinus ipsum ad consorcium vestrum recipere curetis, fraternitati vestre ascribentes deo principaliter obsequium et nobis gratitudinem beneplacitam exhibentes quia firmiter speramus prout ex approbata eius consuetudine ex antiquo cognonimus ipsum fructus vberes in ordine vestro predicto deo alaturus. Datum etc.

CCLXIV. Forma ad primarias preces (episcopi).

CCLXV. Ad primarias preces exauditas promissio de beneficio vacaturo. Nos etc. ad vniuersorum noticiam deducimus per presentes, quod actenta, et considerata laudabili antiqua et approbata consuetudine, qua reuerendis in Christo patribus Patauiensibus episcopis, competit vt in primeua eorum assumpcione in episcopatum huiusmodi in sua kathedrali ecclesia et singulis collegiatis seu conuentualibus ecclesijs sue diocesis necnon in qualibet, huiusmodi collegiata seu conuentuali ecclesia vbi de nouo per eos aliquis in prelatum preficitur, habeant aliquem clericum ydoneum per primarias suas peticiones ad beneficium ecclesiasticum proxime vacaturum, per-

tinens ad disposicionem prelati talium ecclesiarum prouidere, quodque primarie peticiones dudum antecessori nostro per reuerendum in Christo patrem et dominum dominum A. Pataviensem episcopum ex proueccione sua ad pontificium huiusmodi porreete morte preoccupante non sunt effectum debitum consecute, easdem nunc, pro discreto viro, domino O. nobis iteratas, conpetentes sibi tam ex pronec-cione sua predicta quam eciam ex nostra promocione ad abbatiam T. per eum de nouo facta gratanter admisimus volentes eidem O. vigore prelibate consuetudinis, et specialiter eciam ob merita probitatis sue ac grata seruicia per eum monasterio nostro fructuose frequenter inpensa, et deinceps feruencius inpendenda, de beneficio proxime vacaturo eum cura uel sine cura ad nostram presentacionem collacionem pronisionem uel quamuis aliam disposicionem spectante, quod duxit acceptandum liberaliter et absque omni diffugio prouidere, dantes sibi has nostras patentes literas sigilli nostri appensione munitas in testimonium premissorum. Datum etc.

CCLXVI. Recommendacio negociorum, et vt status continencia (sic) rescribatur.

CCLXVII. Recommendacio alicuius quod est paratus ad seruiendum domino et suis.

CCLXVIII. Recommendacio negociorum alicuius cum credencia.

CCLXIX. Promocio ad prebendam resignandam, apud canonicos. Venerabilibus viris etc. Intelleximus quod O. ecclesie vestre canonicus canonicatnm eundem et prebendam resignare proponat, ad hunc finem, vt T. ad ea per vos valeat promoueri. Ipse quoque O. confraternitatem vobiscum retinere desiderans contentari vellet de canonicatu sub expectacione et ordine, quibus idem T. fruitur in presenti, quare sinceritatem vestram rogamus, quatinus intuitu eorum et nostri preces eorum in hac parte dignemini exaudire.

CCLXX. Abbas abbati pro colligendo monacho. Reuerendo et in filio virginis diligendo patri domino A. abbati tali, frater N. talis abbas, veneracionis debitam plenitudinem cum sincera in domino karitate, cum alios hospites secundum numerum in diffinicionibus distinccione X^ma^ capitulo III° editum habeamus, fratrem Henricum sacerdotem monachum cenobij de S. presencium ostensorem, pretextu paupertatis et variorum domus sue disturbiorum ad nos sub

hac condicione trausmissum, quod si eum nostri conuentus collegio adinngere non possemus, ad aliud monasterium mitteremus, ad vestre paternitatis clemenciam duximus transmittendum, deuocione qua possumus humiliter exorantes, quatinus ipsum diuine remuneracionis intuitu vestro sacratissimo conuentui societis etc.

CCLXXI. **Peticio pro recepcione castellani uel pro alio negocio.** Desideranter appetens semper et vbilibet ad omnia, que vestris grata dinoscuntur vsibus, vestroque honori et beneplacito sederint, paratus et sedulus pro viribus iuueniri, paternitatem vestram scire cupio, nuper nobilem virum dominum R. talem et me, de vestra castellania in E. de qua eciam ut asseruit, dudum secum contulistis, diligenti inter nos meditacione habita meminisse, ita quod spes cuiusdam gracie ac fauoris qua me vestra pietas prosequitur, ad vestram dominacionem, pro dicto domino R. meas dirigere peticionis literas, specialiter uel fiducialiter me induxit, quatinus si territorium vestrum in E. predictum, talibus dominis recommittere vestre sinceritati non placuerit saltem sepedictum dominum R. in castellanum ibidem assumendum placeat, quod reuera creditur vobis fore conueniens vtile ac honestum, ex eo presertim, cum omnes vicini et circumsedentes dicte vestre municioni, ipsius existant cousanguinei et amici, ex parte quorum vestra bona nullius nocumenti ac turbacionis insoleucia sibi seucient accidere, sed salua et secura, eorum mediante adiutorio permanebunt. Si vero, ad sepedictos dominos tales resumendos paternalis vestra voluntas inclinata fuerit, preseutis peticionis tenorem volo penitus fore nullum etc.

CCLXXII. **Litera reconciliatiouis seu deposicionis inimicicie, contracte per abbatem contra monachum rebellem et apostatam.**

CCLXXIII. **Item de eadem materia pro apostata.**

CCLXXIV. **Super deposicione inimicicie seu ingratitudinis.**

CCLXXV. **Peticio pro scolare ad habitum assumendo, a Iudaismo recepto.**

CCLXXVI. **Graciarum acciones pro beneficijs et promocionibus.**

CCLXXVII. **Item graciarum acciones pro monacho ad tempus in claustro reseruato, cum reuocacione ipsius.**

CCLXXVIII. Rescriptum.

CCLXXIX. Absolucio ab ordine propter excessus.

CCLXXX. Item pro apostata litera intercessoria.

CCLXXXI. Litera recommendacionis pro religioso. Vniuersis etc. paternitati vestre conquerendo innotescimus perpresentes, quod propter diuersas vngarorum oppressiones domus nostra tantam subintrauit egestatem, quod nostri fratres ibidem nequaquam manere valentes compellimur eos transmittere ad partes alienas, completur heu in nobis illud propheticum, dispersi sunt lapides sanctuarij (?) in capite omni platearum. Quapropter deuotum in Christo nobis et dilectum, videlicet fratrem N. presbiterum nostrum subditum, ac nostri monasterii confratrem et professum in verbo dei satis expeditum vbicumque manere poterit ad biennium emittimus sub titulo nostri sigilli et obediencia salutari, quem vobis in domino fideliter recommendamus etc.

CCLXXXII. Item pro apostata.

CCLXXXIII. Litera confraternitatis.

CCLXXXIV. Expurgacio a crimine inposito per detractores.

CCLXXXV. Peticio super negligencia relaxanda. Accedens ad nostram presenciam H. humiliter petiuit, vt intercessiones nostras pro eo vobis porrigere dignaremur, scilicet pro quadam domo sua, in tali loco, quam vos occasione census neglecti, vobis inde debiti occupastis nos vero precibus suis inclinati, vos diligencius exoramus, quatinus negligenciam huius amore nostri curetis remittere, ac ab ipso H. dictum censum, quem si in predicto loco stetisset, fideliter porrexisset, dignemini acceptare quod vna secum reciproca vicissitudine curabimus deseruire etc.

CCLXXXVI. Litera quam quis alteri suas turbaciones conqueritur et promocio alicuius ad statum competentem.

CCLXXXVII. Item recommendacio alicuius ad literatum dirigenda.

CLXXXVIII. Item litera recommendacionis defunctorum inter religiosos etc.

CCLXXXIX. Recommendacio scolaris volentis se recipere ad habitum. Litera citacionis super sallario, notarij, uel aduocati uel procuratoris. H. dei gracia etc.

Iude (?) auctoritate tali in causa inter a. ex vna et b. ex altera parte vertente, specialiter delegatus, tali plebano (?) salutem etc. Querelam discreti viri magistri P. talis in causa predicta, dicti a. procuratoris, nobis proposita patefecit, quod idem a. de quibusdam pecuniarum summis et rebus alijs pretextu sallariorum et stipendiorum, in eadem causa necessario expositis, ipsumque de iure contingentibus sibi satisfacere deneget ac recuset, verum cum super omnibus et singulis, que ad ipsam causam spectare noscuntur, plenariam virtute commissionis apostolice nobis facte, receperimus potestatem ac lata sententia eciam super principali incidens accessorie cognoscere debeamus et possimus de iure ac sententialiter valeamus ac sententialiter diffinire discretioni vestre auctoritate apostolica qua in hac parte fungi dinoscimur, committimus iniungentes quatinus prefatum A. moneatis et ea qua poteritis diligencia hortemini et inducatis, vt memorato procuratori, de suo (sic) de premissis satisfaciat vt tenetur, aut amicabiliter componat cum eodem, alioquin ipsum vno edicto pro tribus ad nostram peremptorie citetis presenciam etc.

CCXC. Litera recommendacionis et protestacionis de probitate et bona fama.

II.

DAS

STIFTUNGS-BUCH

DES

KLOSTERS ST. BERNHARD.

MITGETHEILT

VON

DR. H. J. ZEIBIG,

Cooperator in Nussdorf.

Hieronimus Pez brachte im zweiten Bande seiner *Scriptores Rerum Austriacarum* (pag. 287 — 300) einen Beitrag zur Geschichte des Frauenklosters St. Bernhard, Ord. Cisterc. in Nieder-Österreich, unter der Aufschrift: *Anonymi poëma germanicum vetus de historia fundationis parthenomis s. Bernardi* und schloss die Einleitung dazu mit den Worten: *Quae porro in hoc parthenone usque ad ea tempora quibus ad alienas manus pervenit, notatu digna contigerint, necdum aliunde rescire potuimus,* worüber Hanthaler *(Recensus I, 156)* bemerkt: *Atque hoc ipsum candide fateri nos pariter cogimur.*

In der neuesten Zeit brachte Regierungsrath Chmel, um Österreichs Geschichte hochverdient, in dem ersten Bande der von der k. Akademie herausgegebenen Fontes sechzehn Urkunden aus dem unerschöpflichen Schatze des k. Archives und Frast in seinem Stiftungenbuch des Cistercienser-Stiftes Zwetl, drei auf St. Bernhard Bezug habende Urkunden.

Auffallen muss es, dass der so genaue Pez, der überall den Ort, wo er die betreffende Handschrift eingesehen und abgeschrieben und wenn er bloss eine Abschrift davon erhalten, den Mittheiler derselben nennt, von dieser seiner Gewohnheit bei dem *Anonymus s. Bernhardi* ganz abgeht. Es liegt die Vermuthung nahe, Pez habe den *Codex membranaceus*, dem der Anonymus entnommen, gar nicht eingesehen und theile nur eine unter der Bedingung, weder den Ort der Aufbewahrung des Codex, noch den Namen des Mittheilers zu nennen, ihm mitgetheilte Abschrift mit, eine Vermuthung, die durch die späteren Schicksale des Stiftes an Wahrscheinlichkeit gewinnt. Hätte er den Codex selbst in Händen gehabt, dann hätte er den Anonymus nicht nur vollständig gegeben, sondern auch gefunden, was an diesen Anonymus sich anschliesst, das Stiftungenbuch von St. Bernhard.

(Roth.) *Volens igitur memoratus dominus Stephanus de meyssow sepedictas et deo dignas virgines de Maylan in Chrueg adducere, et eas in suum curam seu fundatoriam iurisditionem recipere, unum prius sapienter statuit faciendum. Veniens namque Wiennam ante principem magnificum Ducem Albertum qui tunc iudex generali placito presidebat, proposuit coram ipso et dominis terre conmunem questionem, uidelicet utrum bona sua proprietaria et que post equam cum amicis suis divisionem, etiam cum abrenunceiatione omnimoda, quo vulgo „fuerzicht" dicitur, juste fuerant devoluta, posset dare libere, cui vellet. Quod mox in eodem loco et tempore ab omnibus, quia posset, per conmunem sententiam fuerat diffinitum, sicut sonat sequens litera Dacis Alberti, quam in testimonium huiusmodi sentencie propter futuram et necessariam cautelam confici procuravit.*

(Urkunde Nr. 10. — Dat. Wien 14. Febr. 1285.)

Nos Albertus dei gracia Dux Austrie et Styrie Dominus Carniole Marchie ac portus naonis scire volumus presentes litteras inspecturis,

quod strenuus vir Stephanus de meyssaw Marschalcus Austrie dilectus fidelis noster quondam veniens ante nos nobis iudicio presidentibus in placito generali Wienne habito coram nobis quandam conmunem questionem proposuit et quesivit, videlicet si bona sua proprietaria, que ab amicis suis coheredibus eque divisa iuxta jus illud vulgo dictum fuerzicht proprietarie possideret et haberet, quorum bonorum divisionem iam dudum fore factam inter ipsum et amicos suos coheredes eorundem bonorum ligitime approbavit, cuicunque vellet, libere dare posset. Super qua questione per conmunem sentenciam nobilium et sapientum ac fide dignorum virorum nobis astancium et assidencium in iudicio et placito nostro generali coram nobis sentenciatum extitit et concessum, quod omnia sua bona proprietaria eque divisa per ius illud „fuerzicht" vulgo dictum, ut supra tactum est, etiam invitis omnibus amicis coheredibus suis et absque inpedimento quolibet cuiuscumque sive bona eadem in salutem et remedium anime sue in pios usus convertenda, aut alias quo dare voluerit licite et libere dare possit iuxta arbitrium liberum et libitum sue proprie voluntatis. In cuius questionis sibi concesse et admisse et facti memoriam sive testimonium evidens presentes litteras patentes cum sigilli nostri inpensione et testibus infra scriptis eidem Stephano dedimus et fecimus assignari. Testes sunt dominus Otto senior de Haslow, dominus Hadmarus senior de Sunberch, dominus Hermanus de Wolfkestorf, dominus Hainricus de Chunringe, dominus Hadmarus iunior de Suneverch sive de Hornsperch, dominus Lewtwinus, dominus Hermannus et dominus Wulfingus fratres de Sunberch Ministeriales austrie. Dominus Chunradus de Praitenveld Marschalcus curie, dominus Wolfkerus de Vischemund, dominus Otto grecus dictus, Milites et plures alii fide digni. Datum Wienne Anno Domini Millesimo ducentesimo LXXXV, XVI, Kalendas Marcii.

(Roth.) *Hiis gestis dominus Stephanus de meyssow velut alter iosue virgines devotas de deserto Maylan in Chrueg quasi ad terram promissionis duxit anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo in vigilia beate Katherine virginis, ubi in antiquo claustro viginti et tribus annis manserunt, postea vero fundata ecclesia et aliquibus officinis ultra ripam Fefen*

in locum ubi nunc sunt, ad seruiendum gloriose virgini transierunt. Fundacionis autem huius dictus dominus Stephanus fundator iussit talem litteram conpilari.

(Urkunde Nr. 11. — Dat. Meissau 23. Juli 1284.)

Ut ea, que a fidelibus uiris et catholicis fiunt ad Commodum et sustentacionem religiosarum personarum deo cottidie famulantium laudabiliter et deuote robur optineant firmitatis, et per obliuionem nequeant aboleri, necessitas exigit scripture remedio precaveri. Notum sit igitur omnibus christi fidelibus, tam presentibus quam futuris hanc paginam intuentibus, Quod Ego Stephanus de Missowe Marschalkus Austrie Claustrum quoddam dominarum ordinis Cysterciensis diuina commonitione commotus fundaui de nouo in honore domine nostre beate Marie virginis, et construxi in Chrûge in remedium michi et animarum predecessorum meorum omnium, ad fundationem huiusmodi fundum Claustri jam dicti, ubi idem Claustrum situm est, videlicet pomerium in Chrûge veram et liberam proprietatem meam dominabus in eodem loco habitantibus sana mente, spontanea uoluntate libere condonaui. Item ad hoc eciam eidem claustro omnem proprietatem meam, quam habui in dicta villa in Chrûge siue sit in villa, uel in campo, sev in lancis aut areis, pratis piscinis, agris, pascuis uel pomeriis, totum dictis dominabus voluntarie tribui et donaui, excepto, quod Castellum ibidem pro mea mansione michi ipsi pro tempore vitę mee reseruabo, sed post obitum tunc idipsum Castrum ad prefatum Monasterium sicut et alia bona mea iure proprietario debet pertinere perpetuo et in futurum. Ne autem de tam sollempni donacione alicui scrupulus uel malignitas oriatur, unde sepe dicto claustro seu dominabus posset calumpnia inposterum euenire, hanc litteram eidem claustro ac dominabus ob monimentum firmum nostri sigilli munimine dedimus roboratam. Huius rei testes sunt. Dominus Ebro abbas de Zwetel. Dominus abbas de Altenburga. Dominus abbas Jerocensis et prepositus in Pernek. Dominus Hadmarus senior de Sunneberch, Dominus Adoldus de Chyowe, Dominus Leutwinus de Sunneberch, et frater eius Wulfingus. Dominus Ortolfus de Ronnberch. Dominus Poppo de Liebenberch Ministeriales. Dominus Wolfhardus de Durrenpach. Dominus Mertzo

de Chotzendorf. Dominus Hermannus de Missowe. Dominus Hainricus de Paeh et Dominus Poppo de Peugen milites. Acta sunt hec in Missowe Anno domini M° CC° lxxx iiij. x. Kalendas Augusti.

(Roth.) ***Item eiusdem littera de eodem in wulgari cum aliquibus additamentis.***

(Urkunde Nr. 12. — Dat. Meissau 6. Dec. 1312.)

Ich Stephan von meyssow marschalich in Osterich Tuen chunt an disem brief allen Lewten, die nu sind, oder her nach chunftig werdent, die in sehen oder horen lesen. Daz ich mit wolverdachtem muet und mit guetleichem willen mein selbs und meiner housvrown vron Margreten und meines sunes hern ulreiches und mit allor meiner erihen willen und mit ir hant meinem chloster, daz ich ze sand pernhart in dem pewgreich in unser Vroen ere micr und allen meinen vodern und ouch allem meinem geslecht zu einer ewigen gehugnuzz und ze hilff hincz Got recht und redleich gestift han, den Vrowen, die da in grahem orden ewichleich got dienen schullen, dem chloster und den selben Vrowen han ich gegehen die stat, da ez chloster ouff leit und den powngarten gar und dar zue han ich in gegchen allez daz, daz ich in dem selben dorff da ze Chrueg gehaht han an lehenn, an pow, an hofsteten, an wisen, an viswaid, an ekehern, an waid oder powngarten und auch mein hous, daz ich da han gehaht, daz han in alles gegehen durich got mein rechtes freyes aygen ledichleich und ewichleich ze haben, als ich iz und mein vodern haben gehaht, ouzgenomen, oh ich, die weil ich leb, und wann ich wil, daz ich in meinem hous siczen muge pei gotes dienste. Und swen ich nicht enpin, daz ez genczloich zu dem chloster gehôr, alz ier rechtes aygen. Dar zue han ich in ouch geben di Chirichen dacz Newnchirichen, die mier der edel fûrst mein herr herczog Alhrecht von Osterreich an dem widerwechsel umh die chirichen da zo slewncz gah, dieselben chirichen da ze newnkirichen han ich in geben mit allem recht, alz ichs han gehabt, doch mit so gethaner heschaidenhait, dacz si mier und durich meiner sel hail vier ellend und arm junchvrowen, die noch frewnt noch gût ze geben hahen, enphahen, und swenn ainew abstirbt, daz si zehant ein andre an ier stat enphahen,

alz si mier oucb an ier briefen haben geloht, daz die junchvrowen nimmer absteriben, und ovch daz si ewichleich drei priester dacz sand bernhart haben schullen. Dar zue han ich ouch geben besunderleich ain lehen dez vorgenannten gůtes dacz sant pernhart in dem dorffe, und einen weingarten, und ein hofstat dacz leubs, daz si mier den vierden briester besunderleichen uber die vorgenanten drei priester da von haben schullen ewichleich, der mein und meiner vodern und meines geslechtz Chappelan besunderleich da sei und sprech uns messe alle tag ouf sand bernhartz alter von den tôten, ane so ain hailiger tag ist, alz si mier daz ouch an ir briefen verschriben haben. Dar zue sv han ich in ouch geben drew pfunt gelts dacz Weczlestorf auf zwein lehen durch meiner housvrowen vron Gedrawten von petow sele, daz man ieren iartag da von bege alle iar. Da zue so gib ich in nu und han in ouch oufgeben mein holcz, daz da haizzet di eiben allez waz dez ist, daz gib in für rechtes aygen ledichleichen, alz ouch allez daz vorgenant gůt ewichleich zehaben mit allem recht, und ich iz han gehabt. Dar zue so han ich in ouch gegeben meines voitrechtes dacz mier die herren von sand nicla dienen aindlef meczen waiczes und aindlef meczen habern und ein halbs pfunt pfenninge auf sand Merteins tag da schol die gustrinn von haben ein ewigez liecht. Daz gib ich in allez durich got, daz si mein ewichleich da pei gedenchen hincz got getrewleichen mit ier gebet, wann ich ier erster stifter pin hie zu sand bernhart, alz si mier dez schuldig sein und alz si got darumb antwürten můzzen. Und ob si mier die secze nicht behalten, alz vor geschriben ist, so schullen der apt von zwetel sew manen, daz sew ez pezzern, pezzern si sein nicht, so schullen sich der apte dez guetez underwinden, daz in umb die secz gegeben ist, und pitt sew, daz si disen brief alle iar an meinem iartag vor in allen lazzen uberlesen zu meiner gehugnuzz, daz mein icht vergezzen werd. Und daz disew mein stiftung und mein gab fürbaz immer unbechrenchet und stet sei, dar umb gib ich in diesew hantvestt versigelt mit meinem insigel und mit meines sunes herrn ulreichs insigel. Gezeug dlez dinges sind die geistleichen herrn Apt iohan von dem heiligen chrewcz, Apt Ott von Zwetel, Apt Paul von liligenveld. Graf perichtbold von maydhurch, herr ott von Celking mein ohem Herr Hainreich, Herr Chunrat, Herr Seibot, die herren von potendorf, herr Alber von

Chunringe, herr Ott von Cheyow, herr Alber von potendorf moin aydem, die dienstherren und andere herren und ritter und chnappen vil und genucg. Diez dinkch ist geschehen und diser brif ist gehen dacz meyssow ouf dem hous, da man raitt von christes gebůrd Tausent drewhundert und zwelif iar an sand Nyclases tag.

(Roth.) ***Postquam igitur dominus Stephanus iam re et nomine fundator fidelissimus fundavit monasterium et dotavit, prout in superioribus continetur, sicut erat ac de bona providencia, misit nuncios ad curiam romanam, ut sedes romana ipsum monasterium cum personis seu bonis habitis et habendis sub gracia apostolice reciperet defensionis. Quod et factum literis sequentibus demonstratur.***

(Urkunde Nr. 13. — Dat. Rom 13. Sept. 1281.)

Nicolaus episcopus servus servorum dei dilectis in christo filiabus Abbhatisse et conventui monasterii sancti bernhardi de Chrueg Cysterciensis ordinis pataviensis dyocesis salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia devotos et humiles filios ex asswete pietatis officio diligere propensius conswevit. Et ne pravorum hominum molestiis agitentur, eos tanquam pia mater sue proteccionis munimine confovere. Eapropter dilecto in domino filie vestris justis postulacionibus grato concurrentes assensu, personas vestras et locum, in quo divino estis obsequio mancipate cum omnibus bonis, que in presenciarum racionabiliter possidetis, aut in futurum iustis modis prestante domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra proteccione suscipimus, specialiter autem terras et domos, ortos, redditus, vineas, prata, silvas, grangias, pascua, piscarias possessiones et alia bona vestra, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, vobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio conmunimus. Nulli ergo hominum liceat, hanc paginam nostre proteccionis et confirmacionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli se noverit incursurum. Datum aput urbem veterem Idus Septembris pontificatus nostri anno quarto.

(Roth.) *Idem privilegium in vulgari.*

(Urkunde Nr. 13b.)

Wier Nicolaus obrister pischolf und ein chnecht gotes diener enpieten in got unsern lieben tochtern, der Aptessin und der samnung sand Bernharts chloster ze Chrueg grabes ordens in dem pistům ze passow unsern gruez und pchstleichen segen. Dez hat gwonhait von oftversuechter gůt der heilig stůl ze rom, daz er die andechtigen und diemuetigen chinder volchomchleich lieb hat, und daz icht von poser lewt anvechtung oder laidigunge hetrůbt werden, so nimt er sew alz ein gůtigew můter in die freyung seines schermes. Und darumb in got ier lieben tôchter engegen wir mit gnemmer gunst ewr rechten begier und nemen ewr person und die stat, da ier hin gehen seit zu gotleichenn dienst mit allem ewrn gůt, daz ier ze gegenburt redleich habt, oder daz ier fůrbaz mit gotes hilfen rechtichleich gewinnet, under den scherm des heiligen sand peters und under den unsern, und besteten ew von pchstleichem gwalt und mit einer vestigung diez briefes besunderleichen, waz ier ze veldt habt, houser, gerten, gůlt, weingarten, wisen, holcz, hof, waid, wismad nnd ander ewr gůter, di ier recht und mit fritsamer gwer habt, und da von well wier, daz chain mensch zeprechе disen brief unsers schermes und bestetigunge, und freveleich da wider tue, wer aber daz getuen, der wizz, daz er vellet in die ungenad dez almechtigen gotes und der heiligen sand Peter und sand Paul.

(Roth.) *Item littera Honorii pape super libertates Monasterii in sancto Bernhardo.*

(Urkunde Nr. 14. — Dat. Rom 26. April 1285.)

Honorius episcopus servus servorum dei. Dilectis in christo filiabus Abbatisse et conventui Monasterii sancti bernhardi in Chrueg ordinis cystereciensis Pataviensis dyocesis salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit racionis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter in christo dilecte filie vestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu omnes libertates et inmunitates a predecessoribus nostris romanis pontificibus sive per privilegia seu alias indulgencias vobis et mona-

sterio vestro concessas, nec non libertates et exempciones secularium exaccionum a regibus et principibus et aliis christi fidelibus racionabiliter vobis indultis (indultas) sicut eas iuste ac pacifice possidetis, vobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmacionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum se noverit incursurum. Datum Rome aput sanctam Sabinam VI. Kal. Maii Pontificatus nostri anno primo.

(Roth.) ***Post confirmacionem papalem optinuit eciam dominus Stephanus de Meyssow confirmacionem principum super fundacione sua, in quo tam optatos successus habuit, ut nulli dubium sit, quin fundacio hec a divina gracia fuerit ordinata. Et de hoc primo loquitur litera serenissimi Ducis Austrie et postea regis Romanorum.***

(Urkunde Nr. 15. — Dat. Wien 15. Mai 1294.)

Albertus Dei Gracia Dux Austrie et Stirie, Dominus Carniole Marchie ac Portus Naonis. Vniuersis tam presentibus, quam futuris, ad quos presens scriptum peruenerit, in perpetuum. Cum ad loca religiosa et personas diuino cultui deputatas pie consideracionis Aciem dirigimus, et ad earum libertates seruandas, ac facultates augendas nos benignos et faciles exhibemus et temporalis affluencie incrementum et eternorum subsidium nobis exinde prouenire nullatenus dubitamus. Eapropter noverint uniuersi tam posteri, quam presentes, quod nos Religiosas feminas Abbatissam et conuentum Sanctimonialium aput Sanctum Bernhardum in Chrueg Cysterciensis Ordinis Pataniensis dyocesis fauoris nostri plenitudine prosequentes easdem cum personis et rebus suis omnibus, quas in presenciarum possident, aut eciam in futurum iusto titulo dante domino poterunt adipisci, sub alas nostre protectionis suscipimus specialis, volentes ipsas omnibus graciis iuribus et libertatibus illis gaudere, quibus alii ordines in conmuni et specialiter Ordo Cisterciensis ex indultis diuorum Imperatorum et Regum Romanorum Illustrium per orbem ubique gaudere noscuntur, quarum videlicet libertatum quasdam in specie permissione munifica decreuimus declarandas Videlicet, quod in omnibus

possessionibus earundem Abbatisse et Conuentus sibi iudicium quodamque conpetat, causis mortis duntaxat exceptis. Item si fur aut malefactor alius mortis obnoxius in bonis ipsarum deprehensus fuerit et detentus, per officialem ipsarum assignandus sit cingulotenus iudici conpetenti. Item in causis ciuilibus dicta Abbatissa et Conuentus coram nobis et non judicibus aliis respondere de iusticia debita censeantur astricte. Mandamus igitur vniuersis et singulis fidelibus nostris firmiter et districte, ne dictum Monasterium uel personas deo famulantes ibidem una cum bonis ipsarum presumant aliquatenus molestare aut iura infringere, vel concessas eisdem libertates quomodolibet violare. Qui uero in contrarium venire presumpserit, indignacionem nostram grauissimam se nouerit incurrisse. In cuius rei testimonium et robur perpetuo valiturum presens scriptum exinde conscribi et sigilli nostri munimine iussimus conmuniri. Datum Wienne per manum Magistri Gotfridi nostri prothonotarii Idus Maij. Anno Domini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo quarto.

(Roth.) *Item litera Ducis Alberti super speciales libertates monasterii ad sanctum Bernhardum.*

(Urkunde Nr. 15. b.)

Wier Albrecht von gotz genaden herczog in osterreich und herr in chrain, der marich und in der portenow allen lewten paidew gegenbůrtigen und chůnftigen zu den die gegenbůrtig schrift chumt. Wenn wier zu den geistleichen steten und zu den personn, die da geachtet sind zu dem gottleichen dienst richten die gesicht der gůtigen betrachtung, und uns dar zue milt und gůtig erpieten, daz ier freyung behalten werden, und ier guet gemert, so wizz wier wol, daz uns da von chumt ein merung wertleicher eren, und ein fuedrung zu dem ewigen leben. Da von schullen wizzen alle lewt paidew gegenbůrtig und chunftig, daz wir die gotleichen vrowen die Aptessin und den conventt dacz Chrueg gehaizzen sand bernhart grabes ordens in dem pistům von passow mit gwaltiger volig unserr gunst enphahen under die freyung unsers schermes, mit iern personn und mit allen ierem guet, daz si gegenbůrtichleich habent, oder her nach gewinnent mit gůtem urchund, und wellen, daz sew sich vrewn aller der genaden und rechten und freyungen, der sich gemeinchleich frewent alle orden und besunderleich graber orden von der gunst der

gwaltigen chaiser und der edeln romischen Chunig. Der selben freyung well wir ettleich ouzlegen zu einem besundern urchund unserr genaden. Daz ist, daz si an allen ierem gůt di aptessin und den convent allz gericht angeboret, ouzgenomen daz an den tod get. Ob ein diep oder ein ander ubelteter, der den tod verdienet hat ouf irem guet begriffen wiert oder gevangen, der schol von ierem amptman pei der guertel geantwuert werden dem richter. Und die aptessin oder der convent schullen vor dehainem richter ze recht sten, nuer allain vor Uns. Und da von gepiet wier allen lewten und allen unsern getrewn strenkchleich und vestichleich, daz si das vorgenant chloster und die person, die da got dienent mit allen ierem gůt dhainen weizz tuen gelaidigen, noch mit dhainer mazz prechen di recht und die freyung, die in verlihen sind. Wer awer anders icht tuet, der schol wizzen, daz er vellet in unser ungenad. Und zu einem urchund diser sache und ewiger bestetigung hab wir uns haizzen schreiben disen brief und versigeln. Der ist geben dacz wienn von Gotfrides handen unsers schreiber. Anno domini ut supra.

(Roth.) *Nota, quod predictus dux Austrie ac postea coronatus in regem Romanorum recepit monasterium in regiam defensionem, ut sequens litera protestatur.*

(Urkunde Nr. 16. — Dat. Wien 17. Jan. 1305.)

Albertus dei gracia Romanorum Rex Semper Augustus. Omnibus imperpetuum. Si hiis, qui sub obtentu sacre religionis assidue diuinis mancipantur Officiis, aures benigno fauore nostre celsitudinis aperimus eorum satis facientes affectui; credimus ipsos auidiores in sacri sustentatione imperii et deuotiores in orationis constantia permanere pro nobis, atque apud remuneratorem bonorum omnium superius nos premiis ampliari. Eapropter cum religiose et deuote in christo. Abbatissa et Conventus sanctimonialium Monasterii sancti Bernhardi in Chrůg ordinis Cysterciensis Pataviensis dyocesis pro defensionis Regie gratioso presidio et confirmacionis bonorum suorum beneficio, quo quietius et liberius vite contemplatiue possint intendere, et vacare, preces humilitatis sue coram nostra clementia fuderint supplicando: Nos devotionem sinceram, qua eedem abbatissa et sorores sui Conventus diuini cultus obsequiis iugiter et ardenter inuigilant pio animo attendentes. Considerantes quoque

clementius fidei puritatem, qua etiam circa nos et Sacrum Romanum Imperium ferucre et choruscare dicuntur, ipsas, abbatissam, Sorores et monasterium una cum personis, hominibus suis et possessionibus vniuersis, quos et quas in presentiarum iuste et rationabiliter possidere noscuntur, in nostram et sacri Romani Imperii gratiam et protectionem recipimus specialem. Necnon in habundantioris cautele patens iudicium bonorum et iurium possessiones eisdem sanctimonialibus et monasterio suo per quoscunque donatas, traditas, legatas et venditas seu alio iusto tytulo acquisitas ipsis habendas et tenendas perpetuo approbamus, et scripti presentis patrocinio ex certa scientia confirmamus, Huiusmodi iuribus et bonis prout ex litteris inde confectis expresse et distincte collegimus, in specie declaratis. Videlicet in Gympendorf sex talentorum et vigenti duorum denariorum redditus. In Celderndorf unius talenti redditus. In Waitzendorf quatuordecim solidorum et octo denariorum redditus, et in Horn novem solidorum redditus per serenissimam Elyzabeth Romanorum Reginam contectalem nostram karissiman traditos et donatos. Item in Levtacher redditus decem talentorum et vnam mageriam. In Radendorf ius proprietatis de octo talentorum redditibus. In Pvlka vnam vineam dictam Witisser. In Levtacher vnam vineam dictam Swipel. Et in Retzbach vnam vineam dictam Retzpacher. Quos et quas donaverunt quondam Heinricus Comes de Hardek et Wilwirgis vxor ipsius. Wentendorf tres laneos cum dimidio, soluentes decem et octo solidos minus sex denariis. In Wetzleinstorf decem Laneos septem areas vnum agrum et ortum, ac jus proprietatis duorum et dimidii Laneorum. Item ibidem jus proprietatis duorum Laneorum et dimidii et duarum arearum solventium Quatuor libras et quinquaginta quatuor denarios. Item in Prvnn redditus vnius talenti. Item in Waitzendorf redditus sex solidorum et trium denariorum. Item in Obernrôr redditus duorum talentorum et dimidii et decem et octo denariorum. Item in Ebenfvrt redditus Quatuor talentorum et Triginta denariorum. In Hoflein redditus duorum talentorum et dimidii. Item in Nidern-Gloknitz redditus trium et dimidii talentorum et duorum denariorum. Item in Wetzels duas areas. In Otteleins duas areas et in Weizzenpach molendinum. Item in nidern Retzpach tres laneos. Item in Grevenperch redditus unius talenti. Item in Celderndorf dimidium laneum. Item in Ernstorf tres Laneos

cum dimidio desolatos. Et in Weidem unum laneum cultum. Item in Nevbanch duos laneos. Item juxta Egenprvnn Curiam unam. Item in Radwansdorf duos laneos. Item in Fratigenisdorf redditus trium talentorum et sexaginta denariorum. Et sex vrnas vini. Item in Waitzendorf omnia bona proprietaria quondam Perchte relicte Ditrici de Hohemberch deuoluta ad ipsam ex obitu patris sui. Et alia bona quecumque ibidem attinentia dicte Perchte quocumque nomine sine iure. In Strauzendorf redditus sex talentorum. Et in Hauspach dimidii talenti et quindecim denariorum redditus. Item in Grevenperch duorum talentorum et viginti quatuor denariorum redditus. Item in Celderndorf vnum et dimidium laneum. Item in Rorenbach vnam mageriam. Et in Reicholfs locum ville desolate. Item in Radwanstorf unam curiam. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc nostre protectionis et confirmationis infringere paginam, Sigillo nostro Regio communitam, vel eandem ansu temerario violare. Quod qui secus attemptare presumpserit, indignacionem nostram se nouerit grauiter incurrisse. Datum Wienne Anno Domini Millesimo Trecentesimo Quinto XVI. Kalendas Februarii Indictione Tercia. Regni vero nostri Anno Septimo.

(Roth.) *Igitur postquam sepedictus et fidelis fundator dominus Stephanus de meyssaw fundacionem suam per apostolicas et regales seu aliorum principum literas confirmasset, sicut in superioribus est pretactum, cepit ampliori benivolencia de ipsius dotacione in hunc modum prudencius cogitare. Habebat enim ecclesiam in Slewncz de pingwibus satis proventibus, cuius iuspatronatus ad ipsum pertinebat. Hunc primo, ut spiritualibus spiritualia compararet ecclesie ad sanctum bernhardum in dotem manu larga dedit, ut defuncto illius temporis plebano eiusdemque ecclesie obvenciones, accedente consensu et gracia dyocesani ad sustentacionem virginum ibidem deo et beate virgini devote famulancium devenirent. Cuius processus et effectus inferius invenitur.*

(Urkunde Nr. 17. — Dat. o. O. 7. Dec. 1281.)

Ego Stephanus de meyssow Marschalkus Austrie universis hanc literam inspecturis notum fieri cupio ac manifestum, quod religiosis dominabus de sancto bernbardo in Chrueg proprietatem meam et

iuspatronatus, quod ad me spectat, et possedi iusto tytolo hereditatis in ecclesia in Slewnez eodem iure contuli in perpetuum possidendum, ut post obitum plebani iam ibidem residentis Monasterium beate virginis in Chrueg cum prenotatis dominabus eodem iure in ipsa ecclesia gaudeat et honore. Ne de hoc facto alicui scrupulus oriatur vel dubietas, hanc damus literam predictis dominabus in testimonium nostri sigilli munimine roboratas (sic). Anno Domini millesimo Ducentesimo LXXXI° in die beati Ambrosii.

(Roth.) *In sequenti litera ostenditur, quomodo jus patronatus ecclesie in Slewncz ad dominum de Meyssow fuerit devolutum.*

(Urkunde Nr. 18. — Dat. Drosendorf 1291.)

Ich Wulfinch von Sunberch tuen chund dew disen brief ansehen oder horen lesen, und ich Hedweich von Sunberch herrn otten tochter von Slewnez tuen ouch allen den chund, di disen brief ansehen oder horen lesen. Daz ich Hedweich und mein wiert her Wulfinch von Sunwerch paidew haben gegeben mit verdachtem muet und mit guetem willen und an allen twanchsal hern Stephan von meyssow, dem marschalich in osterreich und seinen eriben di aygenschaft, die wier gehabt haben an der chirichen daez Slewnez, die hab wier im ledichleich gegeben also, daz er da mit getuen mag allez, daz er waiz, daz seiner sel hail sei, wand wier im also gegeben haben als iz uns anerstariben izt von unserm vater hern Otten von Slewnez, daz wier ez wolgetuen megen, und loben ouch daz an disem brief, daz wier dez selben vor genanten aygens sein scherm sein, alz landes und aygens recht izt. Nu hat ouch der selb vorgenant Stephan von meyssow uns gegeben wider daz selh aygen, daz wir im gegeben haben an der chirichen daez Slewnez dez leipgedinges, dez wier im gegeben heten zu unserr tôchter, di wier heten pei hern Dietreichen von Gneniez, dez hat er uns ledig lazzen so vil daz uns dez genuegt, und daz wier nicht daran zeichen nuer lich und guet, daz disew red stet beleib und unzebrochen, dez geb wier disen brief versigelten mit unserm insigel, und mit den gezeugen, di her nach geschriben sind. her Hadmar von Sunwerch der alt. sein sun herr Hadmar von Sunwerch, herr Alolt von Cheyow, herr Chunrat von Puechperch, herr Hainreich von Plenkch,

Rapot von grozz. Erchenger von grozz. Meinhart von Stalekke, Hainreich von Duernpach, Popp von Liebenwerch, Ortolf von Ronnwerch. Daz izt geschehen daez Drosendorf, da von Christes gebuerd ist gewesen Tawsent iar, zwaihundert iar und aines und Newnczig iar.

(Roth.) *Post hoc fundator fidelissimus die noctuque cogitare cepit de multiplicacione rerum temporalium et amplificacione possessionum circa monasterium suum ut devote virgines habitis necessariis corporalibus iam sine cura et in ocio contemplacionis vacare sufficerent celestibus et divinis. Erat autem tunc temporis ecclesia Newnchirihen una de duodecim in Austria, que pertinebant ad collacionem ducis Austrie, et secundum aliquorum antiquorum narracionem pertinuit ad comitiam in Wiltperch et fuit pro tunc villa Newnchirihen forum ad eandem comiciam spectans. Pro hac ecclesia conmutavit dominus fundator ecclesiam in Slewncz, et hoc sub manu Alberti magnifici Ducis austrie, qui huic conmutacioni pretextu domini de meyssow, ac eciam ad promocionem nove fundacionis facilius acquievit. Et de hoc talis litera:*

(Urkunde Nr. 19. — Wien 20. Octob. 1291.)

Nos Albertus dei gracia dux austrie et Styrie, Dominus Carniole, marchye ac portus naonis publice profitentes, ad quos presentes pervenerint, declaramus. Quod nos pro nostra et inclyte nostre uxoris ac liberorum nostrorum salute sperantes ex hoc provenire comodum et profectum, iuspatronatus ecclesie parochialis in Newnchiriehen in districtu, qui Pewehreich dicitur situate, quod nos respicit; cum fideli nostro Stephano de meyssow marschalko austrie pro iure patronatus ecclesie parrochialis in Slewnez ad ipsum Stephanum spectante duximus venerabilis domini Wernhardi episcopi pataviensis dyocesani loci accedente consensu et beneplacito permutandum tanto cercius, quod si predictum iuspatronatus ecclesie in Slewnez in posterum a nobis vel successoribus nostris per iusticiam evinci contingat, prefatum iuspatronatus ecclesie in Newnchirihen ad nos vel successores nostros duces austrie inpedimento et occasione cessantibus libere revertatur iure pristino possidendum. In cuius rei testimonium presentes conscribi et sigillo nostro fecimus

conmuniri. Datum Wienne VI. Nonas Octobris Anno Domini Millesimo Ducentesimo nonagesimo primo.

(Roth.) *Hanc autem conmutationem admisit et confirmavit venerabilis Dominus Wernhardus Pataviensis Ecclesie Episcopus.*

(Urkunde Nr. 20. — Dat. Wien 20. Octob. 1290.)

Wernhardus dei gracia Ecclesie pataviensis episcopus omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Cum a nobis petitur, quod iustum est, tam vigor equitatis, quam ordo exigit racionis, ut id per nostre sollicitudinis studium ad debitum perducatur effectum. Sane quia magnificus princeps dominus Albertus dux Austrie iuspatronatus ecclesie parrochialis in Newnchirihen in districtu in Pewreich, quod ab ecclesia nostra in feudum optinet, cum viro strenuo Stephano de meyssow pro iure patronatus ecclesie parrochialis in Slewnez, quod ad eundem Stephanum pertinet, permutavit ita, quod idem Dominus Dux iuspatronatus eiusdem ecclesie de Slewnez ab ecclesia nostra debeat in fevdum optinere. Nos attendentes permutacionem huiusmodi utrique ecclesie expedire, eam auctoritate ordinaria in nomine domini confirmamus. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri iussimus nostro sigillo munitas. Datum Wienne Anno Domini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo VI. Nonas Octobris.

(Roth.) *Processu temporis Dominus Rudolfus magnificus dux Austrie et primogenitus Ducis Alberti et postea coronatus in regem Bohemorum permutacionem predictarum ecclesiarum cum subscripta litera confirmavit.*

(Urkunde Nr. 21. — Dat. Wien 6. Jan. 1305.)

.Rudolfus dei gracia Dux Austrie et Styrie, Dominus Carniole, Marchie ac Portus naonis universis presencium inspectoribus graciam suam et omne bonum. Literas serenissimi domini et genitoris nostri karissimi domini Alberti Romanorum regis tempore sui ducatus conscriptas recepimus in hec verba. Nos Albertus etc. Tenorem igitur supradictum sicut decet exequi cupientes ipsum de verbo admittimus et presentibus confirmamus. Datum et

actum Wienne Anno Domini millesimo Trecentesimo V° in Epyphania domini.

(Roth.) *Item litera domini Stephani de meyssawe primi fundatoris super iuspatronatus ecclesie in Neunchirchen.*

(Urkunde Nr. 22. — Dat. St. Bernhart 3. Jan. 1293.)

Religionis christiane fides exigit, ut homo bona temporalia in honorem dei inpendendo eternorum conparacione premiorum ea vivus studeat ante se premittere, que se mortuum non secuntur. Noverint igitur universi christi fideles, tam posteri quam presentes, quod ego Stephanus de meyssow marschalkus austrie una cum voluntate dilecte coniugis mee, ac liberorum omniumque heredum meorum solius divine retribucionis intuitu iuspatronatus ecclesie in Newnchirihen site in districtu, qui Pewchreich dicitur, quem (quod) Dominus meus Albertus illustris dux Austrie michi in comcabio dedit pro ecclesia in Slewncz consensu Domini Wernhardi episcopi et chori pataviensis beniulo accedente, do et confero domui sanctim. in sancto Bernhardo in perpetuum libere possidendum, quatenus ex proventibus eiusdem quos predicti dominus episcopus et chorus Pataviensis domui predicte tollendos indulsere de gracia speciali ut cultus divini servicii amplietur, sub hac videlicet forma, ut tres prespiteri ordinis in eadem domo pro agendis missarum solempniis iugiter habeantur ac ut quatuor virgines, que omni parentum ac patrimoniorum carent. solacio, absolute propter deum sine pecunie intervencione ac violentarum petitionum gravamine ibidem ad habitum ordinis assumantur. Ita ut quando aliqua earum decesserit, continuo alia in locum eius sine contradiccione qualibet amore dei libere subrogetur, sic ut nulla unquam condicione hic numerus quatuor orphanorum virginum valeat deperire. In huius itaque rei perpetuam firmitatem has patentes confero domine Offemie Abbatisse et conventui predicto in sancto Bernhardo, sigilli mei robore conmunitas. Testes eciam huius donacionis sunt Dominus Ebro abbas Zwetlensis, frater albardus, frater Rapoto, frater Albertus, frater Cristanus, frater Arnoldus, frator fridmannns Monachi Zwetlenses. Hadmarus senior de Sunberch, Aloldus de Cheyow, Ortolfus de Ronnberch, Poppo de Liebenwerch Ministeriales. hainricus de Wiltperch, Engel-

bertus de grueba, hainricus de Dachpach, Gotschalkus de fronhoven. Et alii quam plures. Actum et datum in sancto Bernhardo in ecclesia beate Marie virginis Anno domini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo tercio IIIº Nonas Januarii.

(Roth.) *Post quam itaque dominus fundator Monasterio iuspatronatus suis et principum seu episcopi dyocesani literis, ut premissum est, confirmasset, laboravit tandem aput episcopum ac capitulum Pataviense, ut obvenciones et redditus Ecclesie in Newenchirihen in usus perpetuos dominarum applicarentur. Quod ea facilitate et gracia admiserunt, sicut sequentes litere innotescunt.*

(Urkunde Nr. 23.)

Nos Wernhardus dei gracia Ecclesie Pataviensis episcopus attendentes multam honestatem devotarum in christo sororum abbatisse ac sanctimonialium Monasterii sancti Bernhardi in Chrueg ordinis cysterciensis nostre dyocesis, quod videlicet divino cultui et observancie ordinis decenter insistunt, dignum reputamus et iustum, ut ipsas propter hoc prosequamur benivolencia in domino speciali necessitatibus earum per paternam diligenciam providendo. Cum igitur nobilis vir Stephanus dictus de meyssow Marschalkus Austrie nobis mediantibus iuspatronatus ecclesie in Slewncz sibi conpetens pro iure patronatus ecclesie in Newnchirihen site in districtu Pewchreich cum illustre domino Alberto duce Austrie ex causis racionabilibus nuper duxerit permutandum ac postmodum idem Stephanus iuspatronatus eiusdem ecclesie in Newnchirihen ex huiusmodi permutacione sibi conpetens memorato Stephano pia devocione ac devota donavit pietate, Nos ad preces dictarum abbatisse et sanctimonialium donacioni eidem.

(Sequens folium exscissum est, et deinde leguntur haec verba:) de Zwetel. Cristanus abbas de Powngartenperig.

(Roth.) *Hic omnibus ad sanctum Bernhardum qui diligunt profectum monasterii est notandum, quod tempore permutacionis sepe dictarum ecclesiarum Newnchirihen et Slewncz fuit quidam plebanus in Newnchirihen nomine leupoldus, post cuius decessum demembrata fuit ecclesia, ac postea circa annos domini Mille*

ducentos LXXXXI° collata cuidam honesto prespitero nomine Nicolao, qui eam gratanter acceptavit cum porcione, quam predicti dominus Ulricus archydiaconus et Dominus Chunradus Decanus de Slewncz secundum tenorem litterarum fuerant arbitrati[1]*. Et quod idem dominus Nicolaus tam in vita quam in morte omnia, que habere poterat, monasterio donabat, idcirco in aliqualem talis benivolencie, non in preiudicium literarum et libertatum nostrarum procuratores, qni pro tunc fuerunt, eum de aliquibus exaccionibus episcopalibus mediante colonorum subsidio supportarunt. Quod eciam successori suo Domino Hainrico viro utique optime et digne recordacionis factum est, pro eo, quod, sicut dicitur ad trecenta talenta secum ad Dotem tulit, quorum non modicam partem monasterio in edificiis, officiis, in redditibus, dominabus in cottidianis consolacionibus noscitur inpendisse. Partem namque ambitus ipse incepit et suis propriis sumptibus perfecit. Molendinum et aream in Gruenwerch pro XL talentis ad Monasterium et unum talentum redditum ad servicium in die sancte Trinitatis conparavit. Denique annis singulis accedente quadragesimali tempore Capellanis denarios pro piscibus dedit. Tandem in extremis, ut suos se in finem dilexisse ostenderet, omnia sua in libris, peccoribus, blado et prompta peccunia monasterio ordinavit, propter que et alia plura beneficia procuratores onus episcopalis exaccionis secum non inmerito portaverunt. Et licet divinum sit, et natura velit, ut beneficium beneficio conpensetur, tamen quod modernis temporibus multociens specialis gracia pro iure usurpatur et contra antiqnum proverbium paucorum privilegia conmunem legem facere videntur. Idcirco decedente domino Hainrico irrevocabiliter decretum fuit, ut nunquam in perpetuum quacunque interveniente causa et occasione, sive consanguinitatis, uel cuiuscunque promocionis ecclesia in Newnchirihen alicui conferatur, nisi promittat, se satisfacturum indifferenter de omnibus, que ecclesiam ipsam a papa, ab episcopis, seu quibuscunque alliis ac per quemcunque modum tangere conprobantur. Et hoc faciat sine dampno Monasterii*

[1]) Diese Urkunde ging durch Herausschneiden des vorhergehenden Blattes verloren.

et colonorum, sicut locuutur litere, quas de hoc memorati ad perpetuum testimonium confecerunt. hoc modo dominus Ulricus successor domini hainrici a domina anna abbatissacognata sua ecclesiam acceptans promisit coram ipsa et fratre Wernhardo procuratore, ac fratre Herborto confessore et aliis pluribus, quod vellet in omnibus agere secundum quod litere monasterii se haberent, et quicuuque vel quecunque aliud admitteret, ordinaret, seu occulte seu manifeste procuraret contra statuta Benedicti pape faceret ac beneficio vel officio per consequens privaretur.

(Roth.) *Nota quod domini de sancto Nicolao in Patavia maiores decimas habent in districtu nostro, et erat inter nos et ipsos singulis annis intricacio magna in coleccione earundem decimarum, pro cuius decisione ea, que subscribitur, decimarum permutacio facta fuit.*

(Urkunde Nr. 24. — Dat. Horn 24. Jun. 1315.)

Quia rerum omnium determinata actio obliuionis contradiccionem de facili non admictit, si per argumentum aliquod euidens ad posterorum noticiam deducatur. Proinde nos vlricus divina misericordia Prepositus, Wolfhardus Decanus Totusque Conuentus Ecclesie sancti Nicolai prope Patauiam ad vniuersorum christi fidelium noticiam tenore presencium volumus peruenire. Quod cum inter nos et dominam Elizabeth venerabilem abbatissam Monasterii sancti Bernhardi situati in districtu, qui Pevchreich nuncupatur, super intricata colleccione quarundam decimarum tam maiorum quam minorum quas de suis agriculturis ac aliis prediis sibi adiacentibus recipere tenebamur, lis et questio propter deposicionem limitum, quod Raine uulgariter dicitur, annis singulis moueretur, ad instanciam tandem eiusdem congregacionis procurante idipsum fratre Arnoldo Procuratore eiusdem cenobii tunc temporis existente ad hoc inclinati fuimus et inducti, quod mediantibus aliquibus viris discretis pro hiis decimis, in quibus maxime litis materia uertebatur, recipere deberemus permutacionem ab eis aliarum equiualencium decimarum. Denominatis igitur super huiusmodi permutacione sex viris cognicionem utriusque decime, tam nostre quam ipsarum habentibus, tribus ex parte nostri uidelicet friderico Decimatore de Horn,

Wolfhardo Decimatore de Stregen, et Engelschalco Officiali de Môdrich, et tribus ex parte dominarum, uidelicet Alberto dicto Ravscher, Sifrido Officiali de Chruge et Friderico Caupone, ipsorum fidei et discrecioni estimacionem siue taxacionem huiusmodi faciende permutacionis concordi uoto duximus conmittendam. Qui vice sacramenti manuali promissione ad hoc se firmiter adstrinxerunt, quod deposito omni dolo et singulari fauore in facienda permutacione ad partes utrasque equaliter se haberent. Consedentes igitur predicti sex uiri et conparacionem decime ad decimam facientes, in suas tandem animas decreuerunt, quod pro maioribus nostris decimis, uidelicet tritici, siliginis, ordei, auene, que in villa dicta Chruege et in Ebenprunne nostram dę iure contingebant Ecclesiam, antedicte Sanctimoniales dare nobis deberent in equalitate prescriptorum granorum et vini, decimas illas, que in Pŭrchstal, in Pevgen, in Grvnnwerch, in Stregen, in Modrich ad suum spectare Monasterium videbantur, saluis tamen minutis decimis, que ad Plebanum suum in Nevnchirihen in predictis locis ex nunc, sicut antea, pertinebunt. Et quia eedem decime, nostrarum decimarum equipollenciam, ut nobis uisum fuerat, non habebant, pro supplemento minoritatis vndecim metretas tritici, et vndecim metretas auene, quas dominus Stephanus de Meissawe de nostris prediis iure aduocacie recipere consueuerat: ipsisque dominabus pro habendo in suo monasterio lumine ordinauerat, de arbitrorum nobis consilio addiderunt. Pro minutis uero decimis, que in premissis locis uidelicet Chrvege et Ebenprunne ad nos pertinebant, medium talentum quod prefatus dominus de Meissawe eciam de prediis nostris aduocacie titulo solebat recipere, eisque dominabus similiter pro lumine tradiderat, relaxari nobis perpetuo prescripti arbitri statuerunt. Quorum arbitrium cum vtrique parti placitum et conueniens extitisset, idipsum ratum habere ab utraque parte dignum duximus atque gratum. Hoc tamen excepto, et lucide declarato, quod si memorate domine successu temporis agros vel predia quocunque loco propinquo sibi vel remoto sita, per remedialem donacionem vel pecunialem conparacionem, seu per conmutacionem suis applicauerint vsibus, in quibus decime uel particulariter uel uniuersaliter ad nos spectant, nullum sibi ius in ipsis vendicare, nec aliquem errorem per extirpacionem limitum velut antea nobis facere debeant in eisdem. Preterea, si in hiis, que ab ipsis dominabus pro

commutacione recepimus, aliqua nobis emerserit actio, siue questio in futurum, ipsa abbatissa, que tunc temporis eidem monasterio prefuerit, sopire et determinare tenebitur absque nostro dispendio propriis laboribus et expensis. In quo si forsan eadem deses uel negligens fore uellet, licitum nobis erit, decimas nostras, quas diu quiete possedimus, sine qualibet earum contradiccione in nostram retrahere potestatem. Et ne super premissis condicionibus inter nos et easdem sanctimoniales aliqualis calumpniosa discordia ualeat in posterum suboriri, ad perpetuam huiusmodi permutacionis memoriam presentem litteram Monasterio sancti Bernhardi in Peuchreich dedimus duorum sigillorum nostrorum munimine roboratam, Testibus nichilominus subnotatis. Qui sunt Dominus Nycolaus abbas Scotorum de Wienna, in prouincia tunc temporis existens, Dominus Sifridus abbas de Altenburga, Dominus Nycolaus Plebanus de Nevnchirchen, Dominus Vlricus Plebanus de Horn, Dominus Vlricus Plebanus de Stregen, Dominus Stephanus de Meissawe marschalcus austrie et filius suus dominus Vlricus. Hugo de molt, Ortolfus de Praitenaich, Judex Ciuitatis in Horn. Almarus de Fuchsperch. Judex Curie domini de Meissawe, Irnfridus Ciuis in Stain, incola domus nostre. De familia nostra Vlricus dictus Cesar, Wernhardus Scriptor, Hainricus Cellerarius, Marquardus de Mautarn, et plures alii fide digni. Actum et datum in Ciuitate dicta Horu, anno domini Millesimo CCC. XV. In die Sancti Johannis Baptiste.

(Roth.) *Item privilegium, quod datum fuit ecclesie ad sanctum Nicolaum super predicta conmutacione decimarum a domina abbatissa ad sanctum Bernhardum.*

(Urkunde Nr. 25. — Dat. ut praeced.)

Nos soror elizabet dicta abbatissa, Totusque conventus sanctimonialium ordinis Cysterciensis in sancto Bernhardo universis christi fidelibus noticiam subscriptorum. Quoniam inter vicinos propter possessiones conterminas pacis ex facili, sicut de abraham legimus, perturbatur tranquillitas, necesse est hoc utrimque et maxime aput religionis filios certa disterminacione aut conposicione aliqua precaveri. Cum igitur noster conventus in sancto Bernhardo fundatus in

